

**SUPPLEMENTUM
SYSTEMATIS
PLANTARUM EUROPÆ.**

XVIII
869

JOANNIS·EMMANUEL GILIBERT,

OLIM in Collegio Lugduno , in Schola Regia Grodnenſi,
nec-non in Universitate Vilnenſi , Botanices Professoris
ordinarii, plurimarum Academiarum socii ,

EXERCITIA PHYTOLOGICA.

QUIBUS
OMNES PLANTÆ EUROPÆÆ,

QUAS vivas invenit in variis herbationibus ;
seu in Lithuania , Gallia , Alpibus , analysi
nova proponuntur , ex typo naturæ descri-
buntur , novisque observationibus aut figuris
raris illustrantur : additis stationibus , tempore
florendi , usibus medicis aut œconomicis ,
propria auctoris experientia natis.

VOLUMEN PRIMUM.
PLANTÆ LITHUANICÆ CUM
LUGDUNENSIBUS COMPARATAE.

LUGDUNI GALLORUM,
Ex Typis J. B. DELAMOLIERE,

1792.

INCLYTÆ VIRTUTIBUS

FAMILIÆ

SCHERERIANÆ,

IN CIVITATE LUGDUNENSIS

SCIENTIARUM FAUTRICIS

SAGACISSIMÆ,

BOTANICES CULTRICIS INDEFESSÆ,

TESTIMONIUM SINCERÆ
AMICITIÆ,

HOC OPUS

VOVET, DEDICAT ET CONSECRAT

JOANNES - EMMANUEL GILIBERT.

INTRODUCTIO.

Vix adolescens amavi plantas : elegan-
tissimum opus abbatis Pluche , seu Specta-
culum Naturæ . perlegendō , desiderio
vehementi omnia naturæ producta cognos-
cendi mox vexatus fui. Ab hoc tempore ,
scilicet ab anno 1756 , nullam dereliqui
occasione vivas naturæ productiones con-
templandi. Vix absoluто cursu philosophiæ ,
professionem medicam amplectus sum , ut
ad eftet occasio amata & desiderata am-
plectendi objecta. Degens Monspeli salutavi
primis diebus antistites venerandos , qui
artis varias partes colendo , non neglexerunt
studium Historiæ naturalis. Immortalis no-
minis Sauvagesius , in hac alma universitate
tanquam acutus Botanicus , ubique celebra-
batur ; magna mea felicitate , anno 1761 ,
elementa Botanices in privato collegio curio-
fis alumnis concessit : hac occasione potitus ,
ab ore tanti magistri nodos omnes Philo-
sophiæ Botanicæ principis Botanicorum Linnæi ,

summa facundia enodatos obtinui ; vivas fere omnes plantas aut dessicatas tractus Monspeliensis prima vice sub oculis attentis habui. Has omnes Sauvagesius rigorose demonstravit characteribus essentialibus , tum genericis , tum specificis , facillima methodo enucleatis. Sequenti anno 1762 , celeerrimus Gouan , tunc florens ætate & ardore famæ propulsus , excursiones Botanicas circa Monspelium proposuit , quas toto vernali tempore & æstivali prosecutus est. Ex primis in omnibus fidelis comes summum virum , in campis , sub dio repertas plantas rigorose juxta leges artis demonstrantem audivi. Anno sequenti 1763 , solus autem cum condiscipulis easdem semitas prosecutus fui ; rarasque plurimas species dessicavi , quæ primordia dederunt horto sicco , seu herbario. Sub finem ejusdem anni , Medicinæ doctor creatus , Monspeliensem Academiam dereliqui , patriamque petui. Ab anno 1764 ad annum 1775 , nulla elapsa septimana absque herbatione una aut pluribus , tota ætate vivens , primis his annis , in villa

paterna , nullam derelinquebam occasionem plantas trutinandi , præsertim mane & vel peri. Hæc recreatio seriorum studiorum non prorsus inutilis fuit : sic paullatim pretiosum acquisivi instinctum quo spontaneas herbas , primo aspectu , etiam a longe visas denominare possem. Sed solus eram , quærens in deserto plantas : in urbe nostra Lugdunensi , etiam si populosissimâ , nec inter Pharmacopeos , nec inter Chirurgos , & quod mirabilius stupendiusque , nec inter Medicos ullus erat , qui blanditiis Floræ abreptus , mecum pluvias vernales æstivosque calores tolerare vellet : attamen proposita prosecutus fui : sedulò quæritando in omnibus angulis , post paucos annos , collegi plerasque plantas Lugduneas ; hisque rite præparatis in herbario , juxta systema Linnæanum disposui. Anno 1767 , emi prædiuum , tribus milliaribus à Lugduno , in amoenissimo loco dicto Chazei , juxta amnem L'azergues : hic per duos integrlos annos degens plurimas species determinavi , quas frustra quæsiveram prope Lugdunum. Anno

x INTR O D U C T I O.

1770, nihil novi inveniens, aut paucas tantum species omissas, petui Alpes Delphinales, circa Gratianopolim, in Carthusia majori, comite clar, Clapier olim in lyceo Monspeliensi sodali carissimo, Botanico certe sagacissimo & exercitato, nec-non ducente rhizotomo indefesso Liotard, qui nunc utilis hortulanus in horto botanico Gratianopolitano. Inveni, & prima vice vidi vivas, numerosas Alpinas plantas; quas non invenimus in his excursionibus, desiccatas liberali manu, rite præparatas, concessit egregius Liotard, præsertim umbelliferas, Hieracia, nec-non Saxifragas: hac memoranda peregrinatione, herbarium jam meridionalibus plantis, nec-non Lugdunensis ornatum, maximum acquisivit pretium, integra phalange harum Alpinarum.

Ab anno 1768 professor Botanices designatus in Collegio Lügduneo, officii jussu, feci pro cultu Flora, quod mera animi propensione anteā peragebam. Docendo sumus doctiores, quia attentius rigorosiusque cuncta perpendunt Professores: hinc subsequentibus

INTR O D U C T I O. xj

tribus annis, quibus officio professoris Botanices functus sum, plurimas observationes peregi, quas certe privatus indagator omississem. Jam hoc tempore summo studio in omnibus speciebus characteres generum, tum naturales, tum essentiales, accurata floris & fructus dissectione prosequabar; jam numerosas species, juxta severam a Linnaeo exarata normam, describerebam. Anno 1773, Musarum sedem seu Parisios visitavi: hic mansi ab initio martii ad finem julii; vidi & salutavi celeberrimos Naturalistas: benigne horum plurimi me exceperunt, salutibusque consiliis adjuvarunt; vidi apud sagacissimum Geoffroi, clinicum peritissimum, omnes species insectorum quas descriperat in eleganti sua Historia Insectorum circa Parisios observatorum. Vir summus Bernardus de Jussieu paterno animo me concivem suum amplexus est, serioquè curis in scientia hæreditis sui commisit, nepotis sui Josephi de Jussieu, qui quaque die stupendos avunculi Thesauros contemplandos aperuit, rarasque morti regii plantas quaque hora examinan-

das concessit. In his thesauris pretiosissimos Botanicae libros prima & ultima vice mirabundus vidi, inter quos nominandus Codex Barrellieri, cum figuris primordialibus rubrica delineatis: in his totius mundi terrauei species cognitae herbarum confluxerunt, quarum omnium saltem genericas notiones jami orbi scientifico tradidit hic doctus nepos summo acumine mentis, raraque modestia, quæ certa, quæ dubia, quæ nova in quaque pagina, nervoso stilo, posuit.

Salutatis campis Parisiensibus, perlustratis plagis a Turnefortio Vaillantioque calcatis, iterum patriam vidi, sed ingratam. Provinciae Lugdunensis praefectus regius Fleffelles (*Intendant*), iste qui, primo anno revolutionis Gallicæ, crudeli fato perit praefectus mercatorum Parisijs, mihi mandatum dederat ut hortum botanicum instruerem: impensis meis hoc opus inchoavi; sed iste, obtemperans jussui thesaurarii abbatis Terrai, me tristem dimisit, non remuneratis amisitis pecuniis: ab hoc momento firmum

fumpsi propositum paternos campos derelinquendi; scripsi immortali Hallero, qui mecum a plurimis annis commercium epistolare nutriebat: optimus ille promotor juventutis, mihi cito vacationem procuravit. Hoc præcise tempore, legatus privatus regis Poloniæ quærebat medicum; qui historiam naturalem magni ducatus Lithuaniae elaborare posset, hortum botanicum instruere, scholamque medicam aperire. Tam ponderoso oneri parem me, nimium indulgens, credit divus Hallerus; ego autem ut tantis promissis respondere possem, iterum Academiam Monspeliensem adii. Hic integræ estate anni 1774 degens, sedulo omnes vicinos campos visitavi; de novo vivas plerasque plantas hujus plagæ recognovi; optimus Gouanius, nec-non amicus alter celebris Cuffon, feveræ censuræ omnes species herbari mei subjecerunt, plurimaque, hoc officioso labore, dubia solverunt. Suasor Gouanius fuit, ut mense julio & augusto, montes Pyrenaicos perlustrarem. Tam salutari consilio obtemperans, Perpi-

nianum petii, indeque cum optimo professo^rre Botanices ujus urbis, Coste, plurimas excursiones peregi in alpibus excelfis, quæ Galliam ab Hispania separant; montes transcendimus Sti. Ludovici, vallē dictam *Eines* totam visitavimus, & basi ad caccinūa vicina; montem dictum *Carouges*, aliosque vicinos peragravimus; totam plantniem dictam Sardiniam examinavimus: in his excursionibus, quorū novas raraeque species invenimus, quæ herbarium meum ditarunt! Redux in urbem Perpinianum, bonos cives optimosque Botanicos amicos habui, Bourgatum medicum, priscæ fidei hominem, nec non Razulum pharmacopœum peritissimum, qui non modo una integrā septimana, hospitem me habuit, sed numerosas species Pyrenaicas concessit, quas frustra quæsiveram in meis herbationibus.

Circa Narbonam ducentibus doctore Pesche, legitimo Sauvagesii discipulo; nec non abbate Poret, egregio plantarum iudicatore, tunc juveni, nunc ex celeberrimis meridionalis provinciæ Galliæ Botanicis, nu-

merosas novas species Galliæ Narbonensis obtinui. Vix reversus in patriam, serio disposui omnia ad peregrinationem Polonicam; sed ut mihi utilis evaderet, lente totam Helvetiam a Geneva ad Schaphusium operagravi, ubique plantas quærens & legens. Prope Genevam, benigno animo me hospitem exceperit immortalis Bonetus, utissimaque pro ulterioribus inquisitionibus consilia concessit. Bernæ, gemebundus manus amplexus sui morientis summi viri Halleri, qui paulo post tamen adhuc redivivus promissas aliquas plantas, scilicet, Linneam borealem, muscosque plurimos, quos ipsius manu inscriptos, in cimmeriis meis, auro gemmisque retiosiores adhuc conservo. Vendebonæ egregium tot drectis, delineatis adumbratisque plantis, celeberrimum Jacquinum vidi, ixque salutatum sicut fratrem amavi: ille mihi omnes raras Horti Vendebonensis plantas, summa benevolentia, demonstravit, nec his contentus mille & ultra semina recentia, numerosasque vivas plantas dedit, ut cito misit, hocque summo dono verus

horti Grodnensis, tam cito instaurati, pater nominandus. His instructus præfidiis, tetigi limina Lithuaniae. Attuleram mecum omnes, fere libros botanicos, herbariumque ditissimum; in hoc saltem tria specierum millia, quarum pleraque Europæ, rite determinatae. Paulo post, scilicet anno 1776, jubente ministro regis Poloniae Tyzenauzen, emi magnum herbarium Gouanii, qui pio animo ad adjuvandum patrem, omnes plantas quas a viginti-quinque annis collegerat, aut ab amicis obtinuerat, nulla retenta, mihi misit: his acceptis, toto anno 1776, de novo meas cum Gouanianis contuli, ut certiores manerent in posterum determinatae.

Plantæ Gouanii mihi erant aequitutæ, quoad nomina, ac Linnæanæ: nam omnes dubias miserat Linnæo, qui suas in plurimis epistolis declaraverat, aut recusaverat. Quinimo, hi omnes qui egregium norunt Gouanium, sciunt quam tuta methodo, post diuturnum rigorosumque examen nomina imponit plantis: discipulus carissimus Sauvagesii, hujus severæ logicæ fundamenta stricte observabat.

Ab

Ab anno 1775 autumno, ad finem octobris anni 1783, sedulo quæsivi plantas, tum circa Grodnam, tum circa Varsaviam, tum circa Vilnam, tria præcipua puncta statuum mearum, sed præsertim circa Grodnam, sedem domicili ab anno 1775 ad annum 1781. Visitando nosocomia Magni Ducatus Lithuaniae, meæ inspectioni submissa, magnam partem hujus provinciæ, ab Oriente ad Occasum & a Septentrione ad Meridiem, percurtere pluries potui, semperque perambinando, memor præcipui objecti, quæsivi plantas, hasque sedulo examinavi. Recensitis auxiliis suffultus has, ni fallor, potui absque metu erroris, tuto denominare: etenim, si non omnium, plerarumque similiæ specimen desiccata, tum in herbario Gouaniano, tum in meo, cum certis nominibus Linnæanis inveniebam, paucis exceptis septentrionalibus, quas nec Gouanius, nec ego videram; ut has determinarem rigore, a proximo, post erutum characterem genericum & specificum in libris Linnæanis, præsertim in systemate vegetabilium, confe-

b

rebam specimina cum figuris & descriptiōnibus auctorum , nec nomina recenti vivā plantā imponebam , nisi quando in omnibus congruebat cum figuris aut descriptionibus allatis. Sic paulatim nata est Flora nova Lithuanica : novam appello , quia , quod sciam , nullus adhuc juxta leges artis , plantas hujus regionis determinaverat. Vicini nostri scilicet Boruffi , plerasque nostras , etiam raras proposuerunt , aut descripserunt : huc veniunt Loefelius , Breinius , Helwingius . Mentzelius , Reygerus , Vulffius (*) ; sed

(*) Joannis Loefelii Flora Prussica , circa annum 1640 elaborata , prima vice anno 1654 a filio typis mandata , denuo cum figuris anno 1703 a Gotthischen : opus egregium exhibens enumerationem 760 & ultra specierum , cum iconibus circiter 85. Nonnullae tanquam novae , jam à Bauhinis aut aliis proposita describuntur & delineantur , sed plusculae rare , imo rarissimae indicantur , inter quas Scheuchzeria , Ranunculus Cassubicus , Glaux maritima , Arenaria peploides , Callitricha , Potamogeton pusillum , & gramineum , Carices nonnulli , Fungi plurimi , Musci numerosi , sed plerique setis destituti : juxta Hallerum & natura jubente perpulchræ icones ; synonymia ex fontibus eruta , accurata & sat plena ; errores pauci : sic male iater Prussicas Hyoscyamus albus , Joannes Loefelius , de-

horum nullus in Lithuania penetravit. Pariture laudare non possumus Bernitzium &

bili corpore & valetudinarius , ab amico Michael Titio plantas accipiebat , quas in museo tractabat. Certe parentes harum regionum Botanices appellandus. Erat Loefelius professor medicinæ Regiomontano.

Christianus Mentzelius , Archiater Brandenburgicus , magis plantarum collector , anno 1650 , edidit Dantisco centuriā plantarum circa Gedanum sponte nascentium , inter quas raræ nostræ non paucæ indicantur. Anno 1682 in pugillo superiorum , nonnullæ nostræ brevissime describuntur & accurate delineantur : huc inveniendæ Ophrys monorchis , rotata , Monotropa hypopitis , Lathrea squamaria , Gypsophylla fastigiata , Asperugo procumbens , Limosella aquatica , Stellaria nemorum , præter fungos nonnullos.

Jacobus Breynius Gedanensis , anno 1678 , in centuria plantarum minus cognitarum nonnullas raras indigenas descriptis & delineatis dedit , quas in Lithuania invenimus : huc veniunt Saxifraga lutea seu Hirculus , Geum nutans var. flore pleno , Laferpitium prutenicum , Anemone pulchella patens.

Georgius Andreas Helwingius parochus Borufficus , in Flora quasi modo genita Gedani 1712 , in-4° , Loefelii Floram supplevit indefessus collector ; sed plerumque meras proposuit varietates. Inter species raras nostras éminet Pedicularis sceptrum carolinum. In supplemento Gedani anno 1726 , in-4° , sunt plurimi Musci , Lichenes , præter Campanulam pyramidalem , quæ vere in Boruffiæ silvis & Lithuaniae spontanea : ceterum plerasque nostras alias habet

xx INTR ODUCTIO.

Erndtelium, qui primi catalogos plantarum Polonicarum proposuerunt: hi enim Auctores

Campanulas, adde Dracocephalum ruischianum. In museo Dresdensi, summa lætitia evolvi, ducente gratiose & docto Titio directore, herbarium Helwingii, in quo reperi & recognovi plerasque raras nostras Lithuaniae. In dissertatione cui titulus Flora Campana in-4°, Lip. 1719, omnes nostræ Pulsatillæ delineantur & describuntur, præter plurimas varietates; nam bonus iste presbyter Turqefortio addictus, amabat & prosequebatur etiam levioris momenti varietates: quot, hanc methodum retinendo, proponere potuisse, Veronicas, Campanulas, Galia, &c. Quidquid sit, Helwingius post Loeselium, ex præcipuis Floræ septentrionalis promotor fuit.

Joannes Christophorus Vulfius Regiomontanus, anno 1764, in-8°, Floram Borussicam denuo efflorescentem edidit. Methodum naturalem Gerardi in Flora Gallo-Prov. aut potius Bernardi Jusleii, qui hanc Gerardo concessit, prosecutus est: sed quot gravissimi lapsus, quot errores! Tamus pro Bryonia, & mixta hæc cum Convallariis, Paris cum juncis, Acorus inter Gladiolum & Lilium, Sium inter Achilleam & Tanacetum, Sanguisorba post Loniceram, Polygala inter Verbenam & Pediculararem.

Gottfried Reyger Gedanensis, in hac urbe edidit anno 1764, in-12, Tentamen Flora Gedanensis, juxta methodum Linnæi: non paucæ descriptiones aut annotationes bonæ, seu ex vivis speciminiibus, ut Glaucis maritimæ; in secundo tomo qui proprie prioris nova editio, nomina trivialia Linnæi, cum ejusdem phrasibus characteri-

INTR ODUCTIO. xxj

remotas tantum plantas denominarunt, raro rationes apponendo, plurimas suspectas

scis, & iterum descriptiones, grama nonnulla, aut nova aut extricandas species 868 proponit, inter quas primus Reyger nonnullas in hac regione invenit & determinavit. Præcipue sunt: Veronica scutellata, latifolia, verna; Tringicula vulgaris, Gladiolus communis, Panicum crus galli, Agrostis canina, arundinacea; Aira flexuosa, Brachys pinnatus, Festuca duriuscula, decumbens; Galium montanum, Primula farinosa, Chenopodium murale, violaceum; Galanthus nivalis, Ornithogalum pyrenaicum, Pyrola umbellata, Dianthus diminutus, Sedum reflexum, Sanguisorba characias, Rubus faxatilis, Thalictrum aquilegioides, angustifolium; Mentha rotundifolia, Lunaria annua, Iberis nudicaulis, Geranium palustre, Lathyrus palustris, heterophyllus; Vicia lathyroides, silvatica; Aegagrus austriacus, Hieracium paludosum, Inula pulchella, Chrysanthemum inodorum, Cineraria alpina, helenitis; Gentiana paniculata, viola palustris, Lemna gibba, portulaca; Amaranthus viridis, Polypodium rhœticum, fraxinella, phægopteris, fontanum; Lycopodium selago.

Joannes Gottlieb Gleditsch Lipsiensis, professor Berolinensis, anno 1753, methodum Fungorum Berolini, in-8, proposuit: in hac plurimas novas aut species aut varietates exhibuit, quas plurimas, aut in Lithuania ex phrasibus, descriptionibus egregii hujus indagatoris recognovimus; quas verificavimus; proposuimus nomine tenus in oride Grodnensi. In methodo Gleditsch nomina seu phrases contra legem Linnæi longiora sunt; sed descriptiones accurate optime specimina exprimunt.

proponendo ; in hisque vix unam aut alteram observationem invenio , quæ autopsiam repetitam demonstret. Quinimo Erndtelius evidenter sape transcribendo de verbo ad verbum Floras Germanicas vix ubique mereatur fidem. His igitur missis , solum invenio Gabrielem Rzaczynski(*) , qui aliquas plantas Magni Ducatus designavit ; sed auctor iste nullam propriam observationem proponit , citat tantum nomina Loeselii , & passim raras plantas allegat , fide pharmacopœorum

(*) Gabrielis Rzaczynski jesuita Historia Naturalis Poloniae Lithuaniae , Sandomir , anno 1721 , in-4°. & auctarium Gedani , anno 1736 , in-4°. Senex jesuita , qui hunc auctorem bene novit , agnoscetabat summo ardore & quasi instinctu naturali , etiamsi propter hunc gustum a sociis contemptus , producta Naturæ Rzaczynski prosecutum fuisse ; sed sola lectione adjutus , instructione viva destitutus , pauca præstitit ; a venatoribus , rhizotomis omnia accipiebat unde fabulae numerose & indicationes falsæ plantarum quas nullus unquam in Polonia reperiet. Certe Mandragora nullibi crescit in Lithuania , nec sperapodus Cedrus Libani in Polonia , nec Phyllirea ; Rhodiola seu Rhodiam habu inter Lithuaniae Grodnenses , sed non florebat : ceterum pro plantis Lithuaniae profert catalogum specierum a Loeselio in Borussia enumeratarum.

& muliercularum illas indigenas pronuntiat ; sed , quod pejus , affert plantas certe non spērandas in Lithuania : unde videre est , supposita historia naturali Poloniæ Rzaczynskiana , nondum in cunabulis Floram nostram Lithuanicam vivere : hoc igitur Auctore omisso , tanquam inutili pro nostro scopo , unum tantum invenire forte poterunt curiosi , qui cum vere fuerit Botanicus , terram nostram Lithuaniae calcavit , scilicet equitem Corvinum , qui nonnullas nostras plantas Patriaurrelliero transmisit. Invenio enim interiores hujus Auctoris , Calam palustrem , ab nomine polonico Grebigne , Impatiensem Noli me tangere , Galeopsis unum , & nonnullas alias a Corvino Polonicas appellatas. Ast quo tempore eques Corynus has plantas collegerit ? An in Lithuania , an in Polonia , nondum extricare potui : Botanophilus enim iste , suo tempore bene notus , sic hodie celebratur : ni fallor , pharmacopeus Romanus , quem laudavit & talem designavit Fabius Columna . Nonnullos Auctores , qui Polonice scrip-

xxiv INTRODUCTIO.

serunt, laudare non possum tanquam patres Botanices Lithuanicæ, quia quos nosco meri sunt traductores Fuchzii, aut Matthioli, nullam localem indagationem demonstrantes. His igitur breviter propositis, ad nostram opus progredior.

Bona & sincera fide species plantarum propono, quas inveni, & ni fallor, primus determinavi in Lithuania. Per quinquennium nullam prætermisi occasionem plantas investigandi. Cum discipulis tanta sedulitate circa Grodnam ad distantiam quinque milliarium varias plagas peragravimus, ut vix maneat angulus terræ nondum perlustratus.

Raras, vix in Lithuania sperandas, certe invenimus species, nonnullasque, ni fallor, novas. Qui in posterum genera nostra enucleabit, inveniet certe candorem, & rigorosum examen in nostris inquisitionibus: omnia enim specimina quæ characteres specierum, & yarietatum exhibebant, viventia & florentia attente descriptissimus, & tali methodo præparavimus, ut quasi viva diu ex herbariis in posterum poterunt verificari.

INTRODUCTIO. xxv

His peractis, enixe petierunt Alumni, ut citius pro futuris incursionibus Botanicis, characteres plantarum breviter descriptos obtinerent, scilicet earum quas collegimus & determinavimus in Magno Ducatu Lithuaniae. Tam honestæ petitioni obsequiosus, breves ex Adversariis descriptiones excerpti; plantas Lithuaniae, sponte nascentes, certe collectas, eadem enucleavi methodo, quæ variis demonstrationibus sensim alumni regnuerunt.

Quatuor series sat rigorose circumscriptas exhibet Flora Lithuania: in prima serie delineantur plantæ floribus monopetalis calyculatis; in secunda, plantæ floribus polyptetalis; in tertia, plantæ floribus apetalis; ut corollatis acalyculatis; quarta tandem continet plantas floribus occultis, aut obscuris. In prima serie invenimus nonnullas collectiones accurate determinatas: prima dat plantas floribus simplicibus monopetalis, calyce vero præditis, non vero limbo evidenter figuratis; secunda plantas suppediat floribus monopetalis, simplicibus, calycula-

tis evidenter figuratis, seu labiatas & ringentes Tournefortii; tertia collectio, & ultima hujus seriei, comprehendit plantas floribus monopetalis compositis, seu in quibus plurimi flosculi colliguntur in calyce communi.

In quaque collectione invenimus nonnullos fasciculos seu plurimas species communia attributa offerentes: v. g. in prima sunt arbores, & herbae; in quoque fasciculo manipuli erunt designati attributis evidentibus. Quantum potuimus, in quaque collectione species simul conjunximus, quas Natura evidenter coadunavit.

In secunda serie, plantae polypetalae offrent magnas familias naturales, quas separavimus & quae collectiones formant, scilicet, Umbelliferæ, Cruciatæ, Papilionaceæ: cæteras polypetalas, proposuimus relative ad numerum staminum: hinc nata est collectio paucistaminearum, & altera multi-staminearum. In his duabus collectionibus plurimi inveniuntur ordines naturales, sicut Caryophyllea, Icosandra, Ranunculacea, &c.

In tertia serie coacervantur Plantæ imperfectæ, seu in quarum floribus aut deficit corolla, aut calyx, præsentibus apparentibus staminibus & pistillis: huc adducuntur plurimi ordines naturales; scilicet, inter calycinas reperiuntur Coniferæ arbores, Juliferæ, Plantæ aquaticeæ, oleracea, &c. inter petaloideas adducuntur Liliacea, Orchidæ & affines liliaceis; intermediæ tandem apparent inter liliaceas & calycinas, seu Gramineæ & affines. Præter ordines & familias naturales, in quaque collectione veniunt vagæ plantæ, quæ in nostris regionibus socias aut parentes vix agnoscentur: huc referuntur aut quod cum his congruent, forma calycis, corolla, aut numero staminum, aut natura fructus.

Quarta & ultima series complectitur Plantas quarum partes floris tam obscuræ ut vix armato oculo distingui possint, seu Occultas aut Cryptogamicas: sunt Filices, Musci, Algæ, Fungi, & harum analogæ. Sic nata est methodus mixta, quæ exhibet plantas Lithuanicas, sicut paulatim alumni,

xxvij INTRODUCTIO.

affinitatibus naturalibus abrepti, has memoria mandarunt.

Ut series, collectiones, fasciculi, manipuli nascerentur, segregavimus attributa pauca, s^ep^e unum aut alterum, sed visibilia, salientia, oculis nudis patentia: sic tuto pede paulatim progredientes, talia attributa ex descriptionibus eruimus, ad constituenda genera, speciesque proponendas; sic creberrimis titulis duximus alumnos ad diagnosim cujusque individui oblati seu speciei, quam demonstravimus talem, allata descriptione, hacque collata cum figuris & descriptionibus antecessorum. Nostra est certe hæc methodus quoad ideam universalem, & quoad plurimas distributiones speciales; centum tales novæ apparebunt, si placet futuri Botanicis: nam methodus in scientia naturali est quasi stilus observatoris; quisque suum habet proprium aut habere posset. Etenim varietas objectorum recensendorum, varietas attributorum cujusque objecti, mille modos distributionis offerunt; sed quod verum, qui vult, in methodo elaboranda, series

INTRODUCTIO. xxix

naturæ retinere seu affinitates, similia cum similibus conjungendo, plurimas tales congregaciones seu adunationes, jam ab antecessoribus peractas, adoptare debet. Tales felicissimas deceffores nostri invenerunt; tam plurimas proposuerat Joannes Bauhinus, in historia sua plantarum; non paucas addidit Morisonus; has perfectiores reddidit, in curimis ordinibus, sapiens Raius; post hos artifites, tales quæsiverunt Turnefortius, Berhaavius, Linnaeus, sed præcipue Van Den & Hallerus. Hic ultimus, præsertim in Horto Goettengensi & in Historia Plantarum Helvetiæ, sancte affinitates naturales conservavit, novasque plurimas felici conatus est & invenit.

In nostra distributione has omnes, in quantum potuimus, conservavimus; sed ut tales haberemus puras, in quaque serie, his omni scrupulo, constrinximus annulos tenæ vario nodo: calyx modo, modo corolla, modo stamina, modo pistillus, modo alia attributa, extra partes fructificans, divisionis puncta exhibent: qui ri-

xxvij IN T R O D U C T I O.

affinitatibus naturalibus abrepti, has memoria mandarunt.

Ut series, collectiones, fasciculi, manipuli nascerentur, segregavimus attributa pauca, saepe unum aut alterum, sed visibilia, salientia, oculis nudis patentia: sic tuto pede paulatim progredientes, talia attributa ex descriptionibus eruimus, ad constituenda genera, speciesque proponendas; sic creberrimis titulis duximus alumnos ad diagnosim cujusque individui oblati seu speciei, quam demonstravimus talem, allata descriptione, hacque collata cum figuris & descriptionibus antecessorum. Nostra est certe hæc methodus quoad ideam universalem, & quoad plurimas distributiones speciales, centum tales novæ apparebunt, si placet futuri Botanicis: nam methodus in scientia naturali est quasi stilus observatoris; quisque suum habet proprium aut habere posset. Etenim varietas objectorum recensendorum, varietas attributorum cujusque objecti, mille modos distributionis offerunt; sed quod verum, qui vult, in methodo elaboranda, series

I N T R O D U C T I O. xxix

naturæ retinere seu affinitates, similia cum similibus conjungendo, plurimas tales congregations seu adunationes, jam ab antecessoribus peractas, adoptare debet. Tales felicissimas deceffores nostri invenerunt; nam plurimas proposuerat Joannes Bauhinus, in historia sua plantarum; non paucas addidit Morisonus; has perfectiores reddidit, in plurimis ordinibus, sapiens Raius; post hos artifites, tales quæsiverunt Turnefortius, Berhaavius, Linnaeus, sed præcipue Van Royen & Hallerus. Hic ultimus, præsertim in Horto Goettengensi & in Historia Plantarum Helvetiæ, sancte affinitates naturales conservavit, novasque plurimas felici conatus quæsivit & invenit.

In nostra distributione has omnes, in quantum potuimus, conservavimus; sed utiles haberemus puras, in quaue serie, Russo omni scrupulo, constrinximus annulos atenæ vario nodo: calyx modo, modo corolla, modo stamina, modo pistillus, modo alia attributa, extra partes fructificationis, divisionis puncta exhibent: qui ri-

xxx I N T R O D U C T I O.

gorose unam aut alteram partem fructificationis tanquam clavem methodi sumunt, si hanc stricte semper retinent, quoque fere passu progrediendo, frangere debent catenam naturalem. Quis congerere posset Liliaceas proponendo numerum staminum aut petalorum? quis coadunare Galia & affines valeret, formam corollæ aut numerum staminum tantum contemplando? quis Lichnides, Silenes, Alsines & plantas affines? Nunc demonstratum manet, nec numero segmentorum corollæ, nec illius figura, nec numero staminum, nec natura fructus, plantas unius tantum regionis proponi posse naturali nexu; rigorose has tantum partes enucleando, harumque similitudine plantas coacervando, sæpe sæpius lacerantur affinitates naturales. Clariss. Gouanius exemplum dedit in Flora Monspeliensi; plantas juxta methodum Rivini cum Linnæana methodo combinatam distribuit: inde non modo integræ familiæ naturales disjunctæ, sicut umbelliferæ, cruciatæ, sed etiam plurima genera, sicut Convallaria, Senecio, &c.

— Principis Linnæanis supestitiose addicti

I N T R O D U C T I O. xxxi

utima carpent in nostro opere. Non ubique enim plenam fidem immortalis Dictatoris regibus adhibuimus; sed noluimus his subtribere, quotiescunque rigorosis Logicæ regibus, contrariæ nobis apparuerunt. Linnaeus alias mihi sicut omnibus naturæ curationis undique carus, quem nunquam fas est absque testimonio præstantis venerationis minare, vir certe profundi ingenii, sed etiam systemati, leges passim arbitratæ, & naturæ contrarias, promulgavit; non modum certe suam, sed difficultem inveni, anomaliis plurimis obnoxiam, frequentisque affinitates naturales frangen- proposuit; genera plurima vere naturæ restituit, sed non pauca etiam olim taliter laceravit; dicamque libenter, quod Linnaeus Philorophicis, quam sophisticis rationibus nomina Turnefortii & aliorum munierit: semper enim pro certo & statuto sumimus, nomina tantum esse bona, præstata in scientiis, innumera subjecta inquisitionis continentibus, quæ aliquam ideam positivam revocant in mentem. Vera enim

scientia ideas congeneres nominibus relativis consignat. His rationibus suffultus, libenter nomina generica antiquorum comparativa (*) ubique servavisse; sed nolui

(*) Quam sapientiores fuerunt philosophi Græci! Nomina effigientia; propria, nihil significantia, quibus vulgus productiones Natura exprimebat, retinuerunt non mutata. Sed quando ipsimet minus notis, raris aut inutilibus, vulgaribus, plantis vel animalibus imponerunt, vere logice talia concinnarunt, similitudines aut relationes cum vicinis objectis occupando: talia construxerunt nomina ex duobus aut tribus tum substantivis, tum adjективis, tum etiam verbis, quæ facillime memoria mandabantur, ut pote usum, relationem, analogiam exprimentia. Tali fuere: Amaranthus, seu flos immarcescibilis; Galanthus, flos lacteus; Rhinanthus, seu flos natus; Scieranthus, seu flos exsuccus; Lithospermum, seu semen lapideum; Melampirum, seu granum nigrum; Agilops, seu facies capræ; Coreopsis, seu facies cimicis; Galeopsis, seu facies felis; Lycopsis, seu facies lupi; Tracocephalum, seu caput draconis; Leontodon, seu dens leonis; Cynoglossum, seu lingua canis; Ophioglossum, seu lingua serpentis; Antirrhinum, seu nafus æqualis; Myosotis, seu auricula muris; Tragopogon, seu barba hirci; Callitrichæ, seu capillus pulcher; Polytrichum, seu multus capillus; Alopecurus, seu cauda vulpis; Cynosurus, seu cauda canis; Leonurus, seu cauda leonis; Myosurus, seu cauda muris; Hippurus, seu cauda equi; Polygonum, seu gentem multiplex; Polycnemum, seu crus multiplex; Ornithopus,

Odia

a Botanicorum hac innovatione incurre: a enim carpenda plurima reliqui.

pes avis; Lycopus, seu pes lupi; Agopodium, seu capræ; Chenopodium, seu pes anseris; Clinopodium, pes leæti; Polypodium, seu pes multiplex; Buplevrum, pes costa bovis; Arctium, herba ursi; Lycoperdon, herba Onopordon, herba asini; Hippophae, splendor; Hyoclyamus, seu faba suis; Hyoseris, seu lactuca; Orobos, seu excitans bovem; Hieracium, herba citris; Geranium, seu rostrum gruis; Chelidonium, mirundo; Echium, seu caput viperæ; Delphinium, thymo; Myagrum, seu mucas captans; Astragalus, steba; Acorus, sine pupilla; Ophrys, supercilium, testiculus; Splanchnum, viscus; Pteris, ala; um, crux; Caltha, seu calathus; Lychnis, seu lumen; Selinum, seu luna; Sideritis, seu ferrum; Stramonium, ab exercitu; Gentiana, a vino; Alcea, medeor; sea, sano; Erysimum, salvifico; Heracleum, Hercules; nus, etica; Galium, lac; Polygala, multum lac; nium, poculum; Oxalis, acidus; Picris, amarus; nium, amarus; Lapifana, purgo; Thymus, animus; phytum, connati; Conyza, lentes, vel culices; um, rabies; Argemone, ulcus oculi; anfum, inanis; Trachelium, collum; Anchusa, fucco; Anagallis, op; Briza, dormio; Dipsacus, sitio; Alyssum, anxietas; omus, scindens bovem; Helleborus, constringens pa- jum; Orobranchæ, strangulans Orobum; Phellandrium, er hominis; Hypericum, supra imaginem; Ephedra, aquam; Origanum, laetitia montis; Aconitum, cautus;

C

XXXIV INTRODUCTIO.

Floram vix laudabunt, recentiorum scier-
tificis phrasibus non decoratam, nec syno-

petrum, in faxo; Gypophylla, amica gypsi; Agrostis,
agrestis; Monotropa, vertens sola; Lathrea, clandestina;
Mandragora, stabulum; Anthericum, flos sepium; Alfine,
lucus; Hydrocharis, gratia aquæ; Hydracotyle, vas aquæ;
Typha, paludosa; Potamogeton, vicina fluvii; Cypripe-
gium, calceus Veneris; Jafone, viola Dei; Cucubalus
seu malus jactus; Evonymus, nomen bonum; Heliotropium,
se vertens ad solem; Androsace, scutum viri; Aethusa
herba mendica; Calla, palearia galli; Arum, a noxa;
Bellote, herba jacea; Phyteuma, herba gigantea; Bra-
fica, ebulliens; Cardamine, nasturtio similis; Glechoma
pulegio similis; Hedyarum, suavitatis unguis; Fraxinus,
lepidum; Hypochæris, a porco; Chondrilla, grumus;
Ornitogallum, lac avis; Peucedanum, picea humilis;
Cionum, pulvis; Erica, frango; Anemone, vento expo-
rita; Crataegus, robur; Cardamine, cor domo; fagus,
edulis; Lotus, dulcis; Ocytum, cito germinans; Scan-
dix, acus pastoris; Alchemilla ab alchemistis; Ros, folio-
rum; Coronilla, a coronato corymbo; Potentilla, a potentia
virium; Pulsatilla, a pulsatione floris vento; Biscutella,
a scuto dupli fructus; Crucianella, a cruciatis foliis situ;
Limosella a limo natali; Molucella, a Molucis insulis na-
talibus; Nigella, a nigredine seminum; Pimpinella, a bipin-
natis foliis; Soldanella, a solda gummo, figura foliorum;
Tremella, a tremore gelatinoso; Trigonella, a trigona co-
rolla; Corriola, a pedum ligatione; Gratiola, a gratia
medicinali; Clypeola, a clypeo fructus; Rhodiola, a rofe-

INTRODUCTIO. XXXV

morum copia, in quaque pagina, oneratam:
et quoad ista duo puncta, vivens liber in

bre radicis; Pyrola a pyro, foliorum figura; Phæoleus
mæfælo feminis; Gladiolus a gladio, figura foliorum;
Iolus a Samo insula; Asperula, ab asperitate plantæ;
Endula, quia calendis floret; Campanula a campana
a corollæ; Filipendula, quia filo pendent radices; La-
tula a lavando, quia balneis usualis; Primula, a
socitate florum; Pinguicula, a pinguedine foliorum;
cula, a sanatione vulnerum; Serratula, a serratis
foliis; Spergula, a sparsione seminum; Ranunculus, a
sum cohabitatione; Convolvulus, a convolutiōne
ram; Humulus, ab humo solo; Alparagus ab asperitate
plantæ; Asperugo ab asperitate plantæ; Mollugo, a
mæte plantæ; Borago aut Corago veteribus, in cor agens;
caço, a Medis advecta; Plantago, a planta tangenda;
abago, a macula plumbæ imposita; Solidago, a confoli-
tione vulnerum; Tussilago, a tussis domatione; Pastinaca,
stinkando loco; Securidacæ, a securi fructus figura;
ulaca, a portulæ; Reseda, quæ refedit dolores; Ru-
ta a rubedinæ; lactuca, lacte plena; Urtica, urens
plantæ; Spinacia, a spinis fructus; Salsola, a salfedine
plantæ; Salix, saliendo crescens; Salvia, salvaans; Sedum,
in rupibus; Ledum, lœdens odore; Lamium, lamia
data; Juncus, vimen jungens; cornutus, a duritie fruc-
tus; Juglans, jovis glans; Panicum a pane; Are-
gia, a statione in arce; Convallaria, in vallis florens;
chlearia, a folio cochleariformi; Fragaria, a fragrantia
fructus; Fumaria, quasi fumus terræ; Globularia, a figura
sphaera flosculorum; Herniaria, herniarium sanationi in-

Republīca, quid sentio, audacter proferam.
Characteres essentiales, tum generici, tum

ferviens; Lunaria, a figura siliquæ; Matricaria, ægrotantibus
matribus utilis; Pulmonaria, amica pulmonum; Parietaria,
contra parietes crescens; Perficaria, a persicæ foliis; Sa-
gittaria, a figura foliorum; Saponaria, a succo saponaceo;
Scrophularia, færophilarum medicina; Scutellaria, calyx
scutum referens; Stellaria, flores stellam formantes; Subu-
laria, a figura subulæ foliorum; Utricularia, ab appendi-
cūm radicis figura; Eriophorum, a lana fructus; Echino-
phora, a fructu echinato; Imperatoria, a vi radicis; Hepatica
a figura foliorum; Scabiosa, contra scabiem; Passifera, a
figura feminis; Angelica, a vi præstantissima; Impatiens, a
elasticitate fructus; Pedicularis, contra pediculos; Trien-
talis, a magnitudine plantæ; Digitalis, a figura corollæ di-
gitali; Fontinalis, a loco in fontibus; Turritis, alta &
angusta; Sempervivum, a sempererno vigore; Biflora,
figura radicis; Saxifraga, a loco in petrârum rupturis;
Sanguisorba, sifens sanguinem; Athamanta, ab urbe hujus
hominis Thessalizæ; Parnassia, a monte Parnasso; Marru-
biuum, ab urbe Italizæ; Smirnium, a Smirna urbe; Nepeta,
ab oppido Italiazæ; Arabis, ab Arabia regione; Cerasus,
ab urbe Cerasunte; Samolus, ab insula Samo; Agaricus,
ab Agaria urbe Sarmatiæ; Colchicum, a Colchide urbe
Armeniæ; Iberis, ab Iberia regione; Ligustrum, a Liguri
Italiæ regione.

Plantæ Sanctis conferatae.

Herba Sancti Alberti: Arabis.

— Sti Antonii: Epilobium.

specifici, mihi videntur mere hypotheticæ,
relativi ad numerum specierum, quas

- ba Sti Benedicti: Geum.
- Sti Gerardi: Ægopodium.
- Sti Georgii: Valeriana.
- Sti Jacobi: Senecio.
- S. Joannis: Hypericum.
- Stæ Cunegonis: Eupatorium.
- Sti Ladislai: Gentiana.
- Sti Laurenti: Sanicula.
- Sti Pauli: Primula.
- Sti Petri: Parietaria.
- Sti Philippi: Ixatis.
- Sti Quirini: Tussilago.
- Sti Ruperti: Geranium.
- Sti Simonis: Malva.
- Sti Stephani: Circea.
- Sti Valentini: Pæonia.
- Sti Zachariae: Centaurea.
- Stæ Barbaræ: Erysimum.
- Stæ Catharinæ: Impatiens.
- Stæ Claræ: Valeriana.
- Stæ Crucis: Nicotiana.
- Stæ Marie: Tanacetum.
- Stæ Othiliae: Delphinium.
- Stæ Rosæ: Pæonia.

Nomina poetica trita, sunt sequentia; Actæa, Nar-

ius, Hyacinthus, Adonis, Crocus, Centaurea,

XXXVIIJ IN T R O D U C T I O :

auctor Pinacis cognovit. Sub hoc sensu
certe Linnæani characteres ingeniose sunt ex-

Achillea , Pæonia , Circea , Andromeda , Daphne , Canna ,
Syringa , Smilax ; Menthæ.

Nomina deorum : Asclepias , deus Medicinae ; Mercurialis , a Mercurio deorum interprete ; Serapies , deus Ægypti ; Satyrium , deus libidinis ; Satureia , a satyro ; Nymphæa , a dea aquarum ; Naias , a dea fontium ; Melissa , a dea mellificiæ ; Dryas , a dea quercuum ; Atropa , furia.

Nomina regum : Eupatorium , à rege Ponti Mithridate ; Gentiana , Illyriæ ; Lysimachia , Siciliæ ; Telephium , Myssæ ; Teucrium , Trojæ ; Valeriana , Carlinæ ; Philadelphus , Ægypti ; Artemisia , ab uxore Mausoli ; Althæa , Ænæi ; Helenia , Ménélaï.

Nomina promotorum ; Sherardia , a consule Shirrensi ; usurpatorum , Nicotiana , a Joanne Nicot ; Cinchona ; Euphorbia.

Nomina celeb. Botanicorū plantis imposita : Lonicera , Marchantia , Marsilea , Moerhingia , Montia , Robinia , Ruppia , Scheuchzeria , Valantia , Zanichelia , Stellera , Hottonia , Tozzia , Blasia , Riccia.

Nomina latina obscura , seu quorum fontes ignorantur : Abies , Acer , Allium , Alnius , Apium , Arbutus , Arundo , Atriplex , Avena ; Bellis , Berberis , Betula ; Carduus , Carex , Carpinus , Centunculus , Cicer , Cicuta , Cotula , Cucumis , Cucurbita ; Equisetum , Ervum , Esculus ; Ficus , Genista , Hedera ; Illecrebum , Ilex , Inula , Iris , Juniperus , Laurus , Ligustrum , Lilium , Linum , Lolium , Lupinus , Malva , Milium ; Opulus ; Panicum ; Papaver , Paris ,

IN T R O D U C T I O . XXXIX

agitati ; sed in praxi quot exhibent obsta-
da ! Primo , sæpe characterem essentia-
lēm generis a fructu , & specificum a flore
resumit , nonne in hoc casu impossibilis eva-
dit Diagnosis ? Secundo , minutis addictus
venit characteres essentiales in objectis
vix , armato oculo , patent. Tertio ,
nec nova inveniantur genera in uno or-
be Linnæano disponenda : spurii evadunt
characteres essentiales antiquorum gene-
ra. Introducantur novæ species in aliquo

Artemisia , Pifum , Populus , Porrum , Prunus ; Quercus ;
Acer , Ros - marinus , Rubus , Rumex , Ruscus ; Salicaria ,
Sambucus , Scirpus , Secale , Solanum , Sorbus ;
Amarix , Tilia , Triticum ; Verbena , Veronica , Viburnum ,
Vicia , Vinca , Viola , Viscum , Vitex , Vitis ,
Urtica , Ulva .

Nomina græca obscura : Aparine , Blitum , Boletus , Byblus ,
Cerasus , Carum , Chichrus , Colutea , Comarum , Corylus ,
Categus , Cuminum , Cyrtisus , Daucus , Elatine , Elvela ,
Eryngium , Fucus , Geum , Glaux , Iffatis , Lathyrus , Lemna ,
Lichen , Lotus , Lythrum , Melica , Mespilus , Peplis ,
Peziza , Phleum , Phlomis , Polemonium , Rhamnus , Scan-
dix , Scilla , Sefeli , Sinapis , Sisymbrium , Sium , Spartium ,
Sphagnum , Spirea , Spongia , Stachys , Statice , Taxus ,
Thalictrum , Thesium , Thuya .

xl I N T R O D U C T I O.

genere: mutandæ erunt necessario differentiæ specificæ; sed qui harum assertionum veritatem vult ponderare, colligat, sicut feci, varias editiones operum Linnæi: videbi quam sæpius copia novorum generum & specierum coactus, characteres suos mutaverit. Præter has difficultates plurimi Linnæo opponunt graviora momenta. Primo, non possunt tolerare suppressionem absolutam nonnullorum attributorum pro stabilidinis characteribus specificis, quæ faciles & egregias differentias suppeditant: huc veniunt sapor, odor, color, magnitudo absolute, &c. Statuunt e contra, omnia attributa, quæ constanter adhærent alicui speciei, tuto posse adhiberi; nullo modo moventur objectione centies allegata circa inconstantiam horum attributorum in nonnullis speciebus: pari enim iure, mechnica Linnæi partium attributa, scilicet situm, numerum, figuram repudiare deberent, ut pote etiam mutabilia. His fretus rationibus invitus dereliqui principia Linnæana: ubique inveni attributa sensibilia, &

I N T R O D U C T I O. xl

constantia, ea in brevibus descriptionibus ac non in titulis characteristicis configavi (*).

*) Attamen si meditationum nostrarum conclusiones queremur, certe non tanta fuisset Linnæi authoritas ad ideas generum. Vir iste immortalis firmiter genera naturalia affirmavit: certe talia sunt uno aspectu, ut constructa, quia in fructificatione tales partes ab aut selecta, similes sunt in datis speciebus sub generico allegatis; sed alias auctor, aut Hallerus aut Bononius, has partes floris à Linnæo electas ut esse repudiavit ut tales, aliaque elegit: v. g. Linnæus fructus generum sæpe sæpius parum concessit fructus, plurimum autem flaminibus, pistillis, &c.; alii econtra fructus considerantes ut compendium plantæ, tot genera proposuerunt, quot in uno solo plantarum, fructuum differentias viderunt. In his naturalibus majores pullulant difficultates: plurimi omnia in unum genus cogunt; alii horum plurima, quis æquiori jure? omnes clamant, Naturam sur; nolumus frangere affinitates naturales: hoc primum, Boragine omnes seu Asperifolia, Gramina omnia, Malifera, omnes Orchideæ, Ranunculaceæ, in unum confluerent: tunc quam difficiles, aut potius nonne fribiles differentiæ specificæ! certe in generibus a secessione, Linnæo, Hallero, propositis, arbitraria etiam evidenter adsunt: ut pote talia hæc mutarunt ad alii, Ludvigi, Scopoli, Adansonius, Crantzius. In genera magis attendendo ad alia attributa mutare novator alter: unde confusio nasceretur talis, ut

xl : I N T R O D U C T I O .

genere : mutandæ erunt necessario differentiæ specificæ ; sed qui harum assertionum veritatem vult ponderare , colligat , sicut feci , varias editiones operum Linnæi : videbi- quam sæpius copia novorum generum & Specierum coactus , characteres suos muta- verit. Præter has difficultates plurimi Lin- næo opponunt graviora momenta. Primo , non possunt tolerare suppressionem absolu- tam nonnullorum attributorum pro stabilien- dis characteribus specificis , quæ faciles & egregias differentias suppeditant : hu- veniunt sapor , odor , color , magnitudo ab- soluta , &c. Stauunt e contra , omnia attri- buta , quæ constanter adhærent alicui spe- ciei , tuto posse adhiberi ; nullo modo moventur objectione centies allegata circa inconstantiam horum attributorum in non- nullis speciebus : pari enim iure , mecha- nica Linnæi partium attributa , scilicet situm , numerum , figuram repudiare deberent , ut- pote etiam mutabilia. His fretus rationibus invitus dereliqui principia Linnæana : ubi- cumque inveni attributa sensibilia , &

I N T R O D U C T I O .

xl

onstantia , ea in brevibus descriptionibus ac non in titulis characteristicis config- vi (*).

(*) Attamen si meditationum nostrarum conclusiones deremur , certe non tanta fuisset Linnæi autoritas ad ideas generum. Vir iste immortalis firmiter genera naturalia affirmavit : certe talia sunt uno aspectu , ut- constructa , quia in fructificatione tales partes ab au- te selectæ , similes sunt in datis speciebus sub generico ne allegatis ; fed alius auctor , aut Hallerus aut sonius , has partes floris à Linnæo electas ut essen- repudiavit ut tales , aliasque elegit : v. g. Linnæus structione generum sæpe sæpius parum concessit fructus , plurimum autem staminibus , pistillis . ; alii econtra fructus considerantes ut compendium plantæ , tot genera proposuerunt , quot in uno uolo plantarum , fructuum differentias viderunt. In naturalibus majores pullulant difficultates : plurimi omnia in unum genus cogunt ; alii horum plurima at , quis æquiori jure ? omnes clamant , Naturam sur ; nolumus frangere affinitates naturales : hoc prin- Boragine omnes seu Asperifolia , Gramina omnia , iliferae , omnes Orchideæ , Ranunculaceæ , in unum confluenter : tunc quam difficiles , aut potius nonne fribiles differentiæ specificæ ! certe in generibus a effortio , Linnæo , Hallero , propositis , arbitria ma evidenter adjunt : ut pote talia hæc mutarunt ad in alii , Ludvigijs , Scopoli , Adansonius , Crantzijs . in genera magis attendendo ad alia attributa mutare novator alter : unde confusio nasceretur talis , ut

Nomina generum Linnæana, quotiescumque sonora facillime retinentur, conservavi

tinato, lète viridia. Flores nutantes, penduli; corollæ
carneæ, magnæ; limbo tubulato, ventricose; fauce
clausa, radis subulatis.

Symphytum officinale, L. communis, Grodnensis, pratenis.
Florens maio, perennis. Lugdunea.

Consolida major var. foliis latioribus, vix decurrentibus;
corollis cœruleis.

Consolida major var. corollis albis, & lutescentibus.
Grodnenses, florentes julio, silvestres.

Observ. Planta officinalis, œconomica.
Radix inodora, insipida, maximam quantitatem mu-

38 COROLLÆ UNIPE TALE

cilaginis glutinose suppeditat. Contra sputum sanguinis cum sensu ardoris in pectori non novi efficacis remedium, sape etiam cum fausto eventu præscripti in tenesimo cum apparatu hemorrhoidali dolorifico, in ardoribus urinæ, in torminibus ventris. Decoctum foliorum sæpe cum levamine adhibui in pleuritudine. Mirigat tormina in dysenteria. Decoctum radicis utile adjuvans pro curatione herpetum, scabiei, ulcerum. Infusio florum phthili inuile auxilium.

Ex radice in pulverem redacta, cum aqua coda, decocto per linteum depurato, calide per laccam effuso, pulcher kermesinus color paratur.

Gluten ex symphyto obtinetur utile pro adjuvanda filatura pilorum caprarum.

Pecoribus planta recens bonum pabulum præbet; quando vaccæ copiose folia comedunt, majorem copiam lacris exhibent.

CALYCES COMPRESSI.

57. Asperugo procumbens L.

Caulis ramosus, prostratus; angulis aperis. Folia hirsuta, ovato-lanceolata. Pedunculi axilaæ. Corollæ parvae, cœruleæ: fauce clausa squamis. Calyx feminum maximus, compressus: lamellis plano-parallelis, sinuatis.

Communis, arvensis, Grodnensis, florens. maio, annua, Lugdunea, rara.

Asperugo procumbens var. tenerior, caule breviori, vix ramoso, corollis albis.

Grodnensis rarer, arvensis, florens maio.

Obs. Herba fatua, inodora, nondum introducta pro curatione morborum. Mucum dulcæ nutritum juvenis copiose pecoribus offert.

ECHIVM ἀνθοκυανοπόρφυρον P. 39. N.



Myosotis lapula. L.

N. O. N. F I G U R A T E.

C O R O L A E R O T A T E.

Seminibus echinatis.

58. Lapula echinata.

Caulis erectus, pedalis, ramosissimus. Folia lanceolata; hirsuta. Flores sessiles: corolla subrotata; tubo brevi, parva, saturate cærulea; fauce squamis quinque luteis clausa. Semina echinata: aculeis apice bifidis. Myoforis Lapula L. communis, Grodnensis, arvensis, annua.

Florens a junio ad augustum.

Lapula echinata var. vix palmaris, flore albo.

Grodnensis florens julio, ruderalis. Lugdunea.

Obs. Odor totius plantæ mihi ingratus: accedit ad odo-rem cynoglossi. Pecora negligunt illam; oves famelicæ noluerunt comedere folia. Nondum introducta in offici-nis; meretur tamen examen practicorum: extus pulpa foliorum egregium anodynūm in inflammationibus.

Seminibus striatis.

59. Borrage aspera.

Caulis bipedalis, asper, foliis testus. Folia hirsuta, latissima; ovata, succulenta. Flores nutrantes: calyces patentes. Corollæ cæruleæ aut albæ, planæ: tubo brevissimo: segmentis acutis: fauce radiis conum formantibus clausa. Semina striata.

Borrage officinalis L. Grodnensis in hortis derelictis, advena: florens julio, perennis. Lugdunea.

Obs. Planta officinalis. Folia aquosa, succulenta, succum viscosum, nitrosum suppeditant.

Flores inodori.

Succum & decoctum sæpiissime prescripti cum levamine in morbis acutis, præfertim in inflammationibus, in peripneumonia, pleuritide & erysipelite, in febribus

47 COROLLÆ UNIPE TALM

catarrhalibus. Infusio florum debile auxilium pro tuffi lenienda ; certe non sunt cardiacæ ; prorsus inutilis aqua distillata. Succus utiliter adhibetur declinantibus morbis expectoratione judicandis.

Diu servatus in loco tepido saccus vinosam subit fermentationem.

Folia recentia mucum nutritum copiose continent ; costa cum butyro gratum dant ferculum.

Nutrit borrago phalænam gamma. Vaccæ avide comedunt borraginem.

COROLLÆ IRREGULARES.

TUBO CURVO.

Foliis sinuatis.

60. Lycopsis undulata.

Caulis asperimus, pedalis, aut semipedalis. Folia lingulata, marginibus plicatis & leviter incisis, aspera pilis rigidis, basi bulbosis. Corolla cœrulea, venis albis aut rubris picta; tubo curvo gibbofo, inflato; limbo inclinato, subirregulari. Semina rostrata. Calyx seminum erecti.

Lycopsis arvensis L. Grodnensis, communis, florens maio, annua. Lugdunea.

Obf. Calyx profunde quinquefidi segmentis hispidis; limbis corollæ quinquefidi, irregularis, segmentis duobus longioribus & latioribus : fau clausa fornice alba; flamina ad median tubi longitudinem ascendentia; antheræ nigrescentes; limbi corollæ duarum linearum & dimidiae. Caulis fulcatus, simplex & ramosus. Flores penduculati, terminantes caulem aut ramos. Folia quatuor pollicum longa, septem linearum lata. Pili rigidi in marginibus foliorum terminant dentes obtusos; omnes nervi similibus pilis sunt armati. Seminarugosa, rostrata, magno umbilico seu foveola notata, raro quatuor. Co-

NON FIGURATAE.

48

rollæ tubus albescens : segmenta paucim video albescientia maculis carneis picta.

Florebat a 18 maii ad vigesimam quintam in arvis arenosis & juxta vias : vix crederem annuam. Video radicem crassam, sublignosam, coronatam marcidis foliis initio maii.

Foliis non sinuatis.

61. Lycopsis ampulosus.

Habitus praecedentis; caulis tenuior; bulbi pilorum crassiores. Folia lanceolata non sinuata, denticulis rariss ornata. Calyx major; corolla nutantes tubis curvis luteis; limbis vere irregularibus cœruleo-rubescens.

Accedit ad pullam Linnæi, communis, Grodnensis, arvensis; florens junio, annua.

Obf. Lycopsis minor.

Radix tenuis, fusiformis, castanea. Caulis simplex, tenuis, fulcatus, hispidus. Folia alterna radicalia, lato petiolo praedita, spatulata, caulina intermedia, sessilia, etiam spatulata; superiora lanceolata, omnia dentata, dentibus brevissimis nullo modo sinuata, pilis longioribus armata; pagina foliorum ad basim pilorum, ampullis crebris onustæ. Pars superior caulis nutans cum spica una florum, curva. Calyx magnus, hispidus; tubus corollæ nutantis curvatus infra faucem, luteus; limbus vere irregularis, segmentis cœruleo-rubescens.

Nota. Si simplex varietas arvensis, certe notabilis sicut videre est comparatione utriusque descriptionis.

Communis in arvis prope Grodnam : florebat 10 junii; annua.

Corolla campaniformi irregulari.

62. Echium tuberculatum.

Caulis erecti, cubitales, hispidae pilis bulbosis. Folia angusta, lanceolata, hirsuta. Spica florale, numerosæ, axillares, incurvæ. Flores sessiles, unilaterales. Calycis

42 COROLLÆ UNIPETALE

segmenta inæqualia; corolla tubuloſo-campanularia; limbo irregulari: fauce nuda, ampla, cœrulea; femina rostrata. *Echium vulgare L. communis, arvensis, diu florens, Grodnensis, perennis, Lugdunea.*

Echium tuberculatum, var. flore albo.

*Hæc ramosa, corollis minus irregularibus, caule altiore, crassiore: videtur *Echium Halleri* 60;.*

Echium tuberculatum, var. flore carneo.

Echium tuberculatum var. floribus cœruleis & rubescensibus.

Echium tuberculatum var. caule ramoso.

Provenit ab elongatione spicarum, quæ folia ex scapo producunt.

Echium tuberculatum, var. ramosa, foliis ovato-lanceolatis.

In ista caulis nullus generalis. Rami tres aut quatuor a radice, palmares. Folia ovato-lanceolata. Flores axillares, sessiles in plerisque foliis. Spica pauciflora terminales. Corolla saturate cœrulea; segmenta calycis latiora.

Echium tuberculatum, var. uniflora.

Tota planta vix pollicaris. Folia linearis lanceolata. Florus unus terminans caulem. Corolla rubro-violacea, duplo minor quam in aliis.

Omnis ista varietates circa Grodnam observatae in avi.

Obf. Planta officinalis, œconomica. Folia junioris plantæ contusa succum largiuntur sat copiosum, fatum etiæ trosum: indicatur in tussi, pleuriride, succedaneum Berglossi. Radix recens subdulcis. Superstitione & doctrinæ signaturarum antistites nostri ducti commendarunt semina contra morsum serpentum. Apibus corollæ gratissime, etenim in fundo tubi melleus humor sat copioſus eruat; gluten pilorum etiam dulcedinem lingua primit: vere equi, sicut asserit Linnaeus, intactam relinquent herbam; an propter duritatem & asperitatem pilis pungentibus? Vaccæ tamen & oves libenter ea recentem devorant.

NON FIGURATE.

43

STAMINA QUATUOR, QUINQUE, SEPTEM: STILUS UNUS.

Germina feminum involuta capsula, in flore contenta.

COROLLÆ ROTATÆ.

STAMINA QUATUOR.

COROLLA QUADRIFIDA:

63. Centunculus minimus L.

Caulis ramosus, vix triuncialis. Folia minima, ovato-lanceolata, plerumque alterna, inferiora opposita. Flores axillares. Calyx quadrifidus, corolla major; corolla alba, minima capsulata horizontaliter dehiscens.

Grodnensis, in muscosis humidis, Losofna: annua, florens junio. Lugdunea.

STAMINA QUINQUE.

COROLLÆ QUINQUEFIDA.

Caule repente, flore rubro.

64. Anagallis Phœnica.

Caulis ramosus, procumbens, tener. Folia opposita, ovato-lanceolata, aquosa. Pedunculi uniflori, axillares. Calyx quinquefidus. Corollæ tubus brevissimus; limbus planus, ruber, miniatus. Filamenta barbata. Capsula rotunda, horizontaliter dehiscens. Semina numerosa in alveolis placentæ rugosæ nidulata. Herba amara, pedalis. Specimina inveni vix biuncialia.

Anagallis arvensis L. communis, Grodnensis, arvensis, florens junio, annua. Lugdunea.

44 C O R O L L E U N I P E T A L E

Obs. Planta officinalis œconomica, succulenta, subamara, subaromatica, in phthisi, asthmate, non inutile adjuvans. Decoctum & succus foliorum utiliter adhibentur contra catarrbum cum tussi & ardore faucium.

Vis contra rabiem, melancholiā, insaniā, adhuc dubia: frustra in his morbis magna dosi dedimus. Cetera planta edulis.

Oves, capræ, vaccæ libenter illam devorant.

Caule repente, flore luteo.

65. *Numularia repens.*

Caulis prostratus, radiculos emittens. Folia rotunda, integrerrima; intermedia majora. Pedunculi uniflori, axillares: corolla lutea, magna. Stamina basi unita, villosa. Calyx foliola quinque basi cordata. Capsula rotunda, acuminata, apice dehiscent, decem valvis.

Grodnensis, communis in fossis. Florens junio. Lugdunæ.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Folia inodora, saporis acerbi, non inutilis juxta nostras observationes in cunctis diarrhoeis, sub fine dysenteriae. Laudant plurimi contra hæmorrhagias, sputum sanguinis. Decoctum vere utiliter in ulceribus fenum.

Oves & capræ avide comedunt folia.

Est *Lysimachia numularia* L.

Caule erecto, flore majori.

66. *Lysimachia panniculata.*

Caulis erectus, tripedalis, ramosus. Folia subopposita, lanceolata. Flores racemosi: racemi terminales corymbosi. Calyx quinquefidus apicibus miniatis. Corolla crocea. Vagina producens stamina.

Lysimachia vulgaris L. Grodnensis, communis, silvatica, florens julio, perennis. Lugdunæ.

Lysimachia panniculata, var. foliis ternis.

N O N F I G U R A T E.

45

Lysimachia panniculata, var. foliis quaternis.

Lysimachia panniculata, var. foliis quinis.

In his tria, quatuor aut quinque folia ad nodos verticillatim disposita.

Lysimachia panniculata, var. foliis ovato-lanceolatis.

In omnibus varietatibus folia sessilia aut subsessilia, integrerrima aut subsinuata. Racemi pauciflori aut multiflori. Communes Grodnenses.

Obs. Planta officinalis, œconomica, tinctoria. Folia austera. Decoctum fuit laudatum in hæmorrhagiis, diarrhoea, dysenteria, ulceribus; sed nullam specialem harum viuum observationem invenio: igitur adhuc de novo tentanda. Non frustra bis adhibuiimus contra fluxum mulierem; absque noxa moderamen attulit. Vere combusta odorem fortē & specialem spargit.

Tenera a vacca, capra, ove avide comeditur.

Luteo colore lanas inficit.

Caule erecto, flore minori.

67. *Lysimachia thyrsiflora* L.

Caulis simplex, vix pedalis, basi circa nodos radiculos producens. Folia opposita, sessilia, remota, angusta, lanceolata; pagina inferiore, subvillosa, albefientia. Racemi axillares foliis breviores, lateraliter nascentes ex axillis foliorum inferiorum. Corollæ lutescentes; lacinias angustis, vix linearibus, vixque basi coalitis; apicibus macula crocea notatis.

Grodnensis, paludosa, communis Lipska: florens junio; perennis. Lugdunæ.

Lysimachia thyrsiflora, var. corollis septemfidis.

Stamina septem corolla longiora. Foliola calycis septem.

Thyrsus in utraque minimus, vix pollicari longitudine.

Mixta cum priori. Florens junio.

46 COROLLÆ UNIPETALÆ

Obs. Planta œconomica. Boves & capræ vix illam devorant : intactam , melioribus herbis repertis , derelinquent illam.

COROLLÆ SEX ET SEPTEMFIDÆ.

68. *Trientalis alsinæ flore.*

Caulis palmaris , nudus. Folia lanceolata ; inferiora minora. Inter folia pedunculi uniflori , pauci : unus aut alter. Calyx foliolis quinque formatus ; corolla alba , plana ; quasi ex septem petalis formata , basi vix unitis. Stamina septem. Capsula rotunda.

Trientalis Europeæ L. communis ; sylvatica ; Grodnensis. Florens maio , perennis.

Sequentes inventi varietates : 1. Corolla quinquefida : 2. sexfida : 3. octofida cum totidem staminibus : 4. uniflora : 5. biflora : 6. triflora : 7. caule in medio uno folio ornato. In eodem loco segmenta corollæ acuta & obtusa.

COROLLÆ TUBULATÆ.

Limbo concavo.


69. *Primula odorata.*

Folia radicalia , rugosa , dentata ; hirsuta. Scapus multiflorus , semipedalis , involucrum ex foliolis brevibus ad origines peduncularum. Calyces longi , tubulosi , ventricosi , quinque angulares. Corolla lutea : tubo cylindrico. Capsula cylindrica , apice dehiscens. Flores suave olentes , mitantes.

Primula veris L. communis , Grodnensis , sylvatica : florens maio , perennis. Radix spargens odorem caryophyllorum. Ligdunæ.

Obs. Planta œconomica , officinalis. Flores suave olentes , odore proprio ; radices contusa odorem caryophyllorum spargunt. Infusio florum & aqua distillata debile

P. 47. N. 70.
PRIMULA VERIS. PRIMULA VERIS.
 χλωρειθορθοσκαδιώδης. πολυκαυλονύμορος



NON FIGURATE.

auxilium contra paralysim , vertiginem : utiliores in morbis acutis cum prostratione virium ; præsertim infuso in vino , radix pulverifata , aut , quod melius , recens infusa in doleribus artuum non contemendum adjuvans. Pulvis recentis radicis inspiratus mihi sternutationem non excitavit ; irritat tamen nares. Flores vinum , radix cerevisiam flagrantem reddunt. Folia in acetaris & placentis ab Anglis introducta. Corollæ plerumque dessicatione virescunt.

Folia pabulum salutare pecoribus primo vere suppedant ; adultiora nimium dura , melioribus repertis , oves & capræ coniemuntur.

Limbo plano.

70. *Primula inodora.*

Habitus præcedentis , altior , pedalis ; folia majora. Flores majores , vix nutantes. Corolla pallens : sauce flava : limbo plano.

Primula elatior L. Grodnensis , silvatica , perennis : florens aprilis , maio ; rarior. Lugdunea , communis.

COROLLÆ TUBULOSÆ LIMBO VILLOSO.

Foliis ternatis.

71. *Menyanthes trifoliata L.*

aquatica : folia ternata , longe petiolata , amarissima. Scapus basi foliorum involutus. Flores racemosi. Corolla alba : limbo pilis longis crispis pulchre ornato. Stigma bifidum. Capsula bivalvis.

omnunis in paludibus ., Grodnensis , florens a maio ad julium , perennis : Lugdunea.

ariat foliis ovatis aut lanceolatis , majoribus aut minoribus , æqualibus aut inæqualibus , integrerrimis aut subferratis , corollis albis , carneis , rubris , racemo elongato aut contracto.

48 COROLLÆ UNIPETALÆ

Obs. Planta officinalis, œconomica, tinctoria. Folia q.
poris acris, amarissimi, odoris proprii, pretiosum
medicamentum suppeditant pro debellandis morbis chro-
nicis; experientia probatum contra icterum, chlorosim,
affectionem hypochondriacam, cachexiam, debilitatem
ventriculi cum faburra pituitosa. Sola saepius sufficient
dosi administrata febres quartanæ profligavit.

Decocatum utile pro ulceribus antiquis ad statum plae-
reducendis. Intus & extus præscriptum utile adjuvans in
scabie. Plura alia promittit in practicis rite præscrip-
tæ species.

Folia comeduntur ab ovibus & capris; illorum appelli-
tum accidunt. Præparata colorem viridem tinctoribus
largiuntur.

Foliis simplicibus.

72. *Nymphoides orbiculata.*

Aquatica: caulis tenuis. Folia natantia, cordata, integra-
rima, orbiculata, diametri pollicis. Pedunculi plurimi,
axillares. Corolla magna, lutea, tubo brevi: limbo can-
panulato, marginibus ciliatis, pilis brevioribus; vi-
quinquefida. Capsula mollis, compressa.

*Menyanthes nymphoides L. Grodnensis. In aquis silvæ Bo-
browszczyzna. Florens junio, rara: perennis. Lugdunea.*

COROLLÆ HYPOCRATERIFORMES.

73. *Hottonia millefolium.*

Aquatica. Caulis emersus, erexitus, nudus. Caulis immeritus
foliis pinnatis numerosis ornatus: Pinnulæ vix lineares
numerofissimæ, fragiles. Flores racemosi: pedunculi
verticillatis. Calyx persistens: corolla tubulosa; labio
plano; capsula rotunda, subpentagona.

*Hottonia palustris L. communis, Grodnensis, in flagi-
leziory. Florens maio, perennis. Lugdunea.*

GENTIANA pneumonanthe L.

NON FIGURATE. 49

obj. Planta œconomica, fatua. Recentem plantam vix tangunt pecora , propter foetorem accidentalem ; siccata comedit capra , sed miserum præbet pabulum ; cæterum pulcherrima planta , diu florens, magnitudine florum panniculi conspicua.

STAMINA QUATUOR AUT QUINQUE.

Stigmata duo.

GENTIANÆ.

Corollæ monopetalæ , multiformes. Tot flamina , quòd segmenta talycis & corollæ : in nostris segmenta quatuor aut quinque. Stigmata duo. Capsula elongata , bivalvis. Folia simplicia , glabra , opposita , elongata , amara.

COROLLÆ CAMPANULATÆ.

74. *Pneumonanthe angustifolia.*

Caulis cubitalis , tenuis , vix ramosus. Folia linearia aut angusto-lanceolata. Flores axillares , solitarii , oppositi , pedunculati. Corollæ campanulatæ , elongatæ , pollicares , saturate cœruleæ , quinquesidæ , tubo punctato. Plicæ inter segmenta. Stamina quinque , filamentis pistillum vaginantia.

Gentiana Pneumonanthe L. Grodnensis, sàt frequens in silvis : Lofosna florens septembri , perennis. Lugdunæ. *Pneumonanthe angusti folia* , var. *foliis latioribus* , *floribus sessilibus*.

Sèpe in iisdem speciminibus folia sunt linearia & lato-lanceolata ; flores inferiores petiolati , superiores sessiles. Mixta cum præcedenti.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES.

75. *Centaurium umbellatum.*

Caulis semipedalis , quadratus , alatus. Folia radicalia latiora ; Tom. I. D

70 COROLLÆ UNIPETALICÆ

obtusa. Omnia trinervia, lutescentia. Flores terminalis, subumbellati. Calyx profunde quinquefidus. Corollæ tubus angustus, striatus : limbo purpureo, quinquefido : segmentis patulis, obtusis. Capitula gracilis, cylindrica, quasi bilocularis.

Gentiana Centaurium L. Grodnensis, arvensis, communis, florens junio, annua. Lugdunea.

Centaurium umbellatum, var. ramosissimum.

Rami axillares, oppositi; caulis pedalis. Folia majora, corollæ carneæ.

Arvensis Grodnensis; florens Septembri, annua. Centaurium umbellatum, var. floribus albis.

Sat frequens in arvis; florens augusto.

Centaurium palustre minimum flore inaperto, Vaill. Part. 6. f. 2. Inveni in stagno prope Novogrodok. Lithuania, Lugdunea.

Obj. Planta officinalis, œconomica: radix vix amara, non proflua fatua. Folia amarissima. Corolla vix ingutum amarum saporem excitant; ceterum omnes partes inodoreæ. Aqua distillata fatua. Extractum gummosum & resinofum vires retinens, præstans medicamentum sæpe fausto evenitu contra plurimos morbos præscriptum. Verum gentianæ luteæ succedaneum; sæpe solo decocto centaurii minoris mensium fluxum à longo tempore superfforum determinavimus; magna dosi recens planta leviter cocta unam aut alteram alvi evacuationem procerat; hoc phænomenon pluribus observationibus confirmatum in Adversariis nostris invenimus. Pulvis foliorum cantaurii in febribus tertianis vernalibus vice fungitur corticis Peruviani sicut sæpe probavimus. Decoctum hujus plantæ putredinem ulcerum corrigit. Plantam desiccatae ovæ & capræ comedunt.

NON FIGURATÆ. 51

COROLLÆ HYPOCRATERIFORMES.

Quinquefidae.

76. Amarella quinquefida:

Habitus centaurei; caulis basi violaceus. Folia viridi-nigrefcentia. Rami axillares foliosi & floriferi. Flores spicati, Segmenta calycis tubulosi inæqualia. Corolla tubus viridescens, longus. Limbus planus, caruleus aut rubro-violaceus; fauce ornata membrana, laciniosa, fimbriata. Gentiana amarella L. communis; florens octobri. Grodnensis, in humidis silvis, annua. Lugdunea, montana.

Tetrafidae.

77. Amarella quadrifida:

Similis præcedenti: differt caule breviore, segmentis calycis quatuor, corollis cœruleis quadrifidis, fimbriis faucis tenuioribus.

Gentiana campestris L. citius florens, arvensis, rarior, annua; Lugdunea.

COROLLÆ OCTOFIDA.

78. Cruciata verticillata:

Caulis semipedalis. Folia per paria cruciatim disposita, quinquenervia, ovato-lanceolata, lutescentia, vaginaria. Flores subsessiles, verticillum axillarem formantes, terminantes, umbellati. Calyx corollæ adhærens, tubulosus, albescens. Corolla segmenta quatuor, interjectis quatuor minoribus, bifidis. Corolla saturate cœrulea. Gentiana cruciata L. communis, Grodnensis; florens agosto: silvatica, perennis, Lugdunea.

Obj. Planta officinalis. Radix vere amara. Folia etiam amara. Procuratione ulcerum vetufiorum efficax decoctum: ceterum in iisdem morbis internis præscribenda sicut radix gentianæ.

52 COROLLÆ UNI PETALÆ.

luteæ. Drachma una pulveris radicis hausta cum succo citronum ante paroxysmum febris tertianæ, profligavit hunc morbum.

STAMINA QUINQUE : STILUS UNUS.

LURIDÆ.

Tot flamina, quot segmenta corollæ & calycis: plurimumque quinque in nostris. Corolla unipetala, plerumque limbo regularis. Folia sæpius alterna, patula. Fructus femina includens plurima, siccus aut mollis. Plerique fetidæ, tristæ: plurimæ venenatæ aut saltem narcotica.

COROLLÆ REGULARES ROTATÆ, ANTHERA
COALITÆ.

SOLANA L.

Foliis hastatis.

79. Dulcamara lignosa.

Caulis basi frutescens, volubilis, parte suprema herbacea. Folia inferiora cordato-lanceolata, superiora hastata. Flores racemosi, axillares. Corollæ cæruleæ. Antheræ sagittatæ; fructus: bacca rubra.

Solanum dulcamara L. silvatica, Grodnensis, frequens, florens junio, pérennis; Lugdunæ.

Dulcamara lignosa var. floribus albis.

Rarior, silvatica, Grodnensis Losofna, florens julio.

Dulcamara lignosa var. foliis omnibus hastatis.

In ista folia omnia exhibebant basi auriculas duas, inæquales.

Grodnensis, rara in silva Grądzicze.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Cortex & folia submara cum fensu dulcediniis. Odor foliorum proprius,

NON FIGURATE.

53 narcoticus. Succus foliorum & decoctum externo usu non inutile topicum contra inflammations & caneros; infusum corticis affatim potum cum fausto eventu præscriptum in pleuride, peripneumonia, phthisi, ulceribus internis, scabie, herpetibus. Vis purgans decocti nondum satis confirmata; quid valeat contra luem veneram adhuc observationibus novis probandum. Baccæ vomitum excitant magna dosi seu ad viginti deglutitæ: tres aut quatuor nullum sensibilem effectum producunt. Prudenter tentatae minima dosi administratae in posterum suppeditabunt famosum medicamentum. Extractum more Storckiano paratum absque noxa potest administrari. Folia recentia probatum medicamentum in ulcere vesicæ, rheumathismo; sensibiliter urinæ fluxum adaugens; aliquando purgans.

Flores cæruleum pulchrum colorem pro pictura suppeditare possunt. Rami flexuosi & dociles utiliter inserire possunt pro operibus vimineis.

Illustranda, raras occultat proprietates. Jam exemplo immortalis Storckii demonstratum habemus sub manu prudentis medici nulla vera existere venena, illaque soluta & efficacia suppeditare auxilia. Pecora has plantas non comedunt.

Bacca nigra.

80. Solanum nigrum.

ulus ramosus, herbaceus, inermis; pedalis. Folia mollia, ovata, dentato-angulata. Florum racemi subumbellati, nutantes. Corollæ albescentes. Bacca nigra.

Bacca rubra.

81. Solanum rubrum.

ulus vix palmaris. Folia ovata, vix dentata, tincta

74 COROLLE UNIPETALE.

cæruleofcente colore. Corollæ albo-cæruleæ: baccæ rubrae.

Bacca lutea.

82. *Solanum luteum.*

Tota planta hirsuta, folia pilosa, laciniata. Corollæ albo-lutescentes. Baccæ luteæ.

Solanum nigrum Linnæi complectitur tria nostra, quæ in hortis frequentia, annua, in cultis hortis florentia, julio, augusto, Grodnensis, Lugdunæ.

Obs. Tres nostræ species sunt officinales, fere inodoræ, fatus, attamen narcoticæ. Magna dosi decoctum foliorum aut baccæ ebrietatem, vertiginem, soporem excitant; minima dosi nullum effectum nocivum producunt. Intus pulvis foliorum adhibitus ulceræ mali moris carcinomatosa curavit, grana sex ipsemet devoravi absque noxa. Tentanda secundum maculatum cum cautelis a duobus granis, insim dosim augendo. Sic procedendo practici arcanum possidebunt pretiosum pro debellandis plurimiæ chronicæ. Succus extus ad lingue rhagades laudatus; etiam ut auxilium topicum in paronchia. *Planta novis observationibus* verificanda: est *solanum officinarum acinis luteæ*.

Radicibus tuberosis.

83. *Solanum tuberosum* L.

Radices tubera plurima farinacea producentes. Caulis ramosus, bipedalis. Folia pinnata, subhirsuta: folia majora, & minora, impatiæ majore. Flores racemosi, corollæ magnæ cæruleo-purpurascentes. Baccæ avellanæ magnitudinis atro-rubens.

Planta Peruviana, perennis, in arvis Lithuaniae culta florens augusto.

Obs. Planta œconomica, officinalis. Farina tuberum per difficultis digestionis, flatuosa. Observatione frequenter confirmatum habeo infantes tuberibus nostris præ-

NON FIGURATE. 55

nutritos, tumoribus frigidis, scrophulis, infartui, membranitii præcipue esse obnoxios. Farina solani tuberosi fermentationi levi submissa, facilius digeritur, optimumque alimentum annonæ tempore suppeditat. Tubera facta vario modo assata nunc ubique etiam delicatulis offenduntur. Parca quantitate comedita, alimentum innoxium. Panem pura hac farina preparatum comedì boni saporis, sed penderosum. Folia & caules fatua, inodora, in nostra Lithuaniae; absque effectu nocivo comedì cruda sat magna dosi. Extus in inflammationibus, panaritio, haemorrhoidibus dolentibus, ambustionibus, forte efficacius non est topicum quam pulpa foliorum solani tuberosi: plurimis observationibus hos effectus salutares stabilitos habemus. Nondum folia intus præscriptimus; tuta analogia promittit hæc planta faustos eventus ex usu foliorum & baccarum in iisdem morbis jam enumeratis, quando exposuimus vires dulcamarae. Sed deplorando fato, practici paucis remediis exoticis contenti, salutaria medicamenta quæ minimo pretio suppedit natura, contemnunt & derelinquent empiricis ignarisi, qui his auxiliis sæpe sæpius propellunt morbos inutili conatu a peritissimis medicis tractatos.

Nota. Ex quoque fructu tuberis, dummodo sit oculus, exurit nova planta; ideo facilime propagatur in Lithuania. Tubera parvæ nucis magnitudine, nisi sit cultura planta in terra pingui. In Gallia tubera sæpe pugni volumen superant. Caules procumbentes terra oneratae radiculos emitunt ex quibus evolvuntur nova tubera.

In Lithuania hirsutissimum sæpe deponit hæc species; aliquando non floret; sæpe invenio folia junioris plantæ petiolata, simplicia, seu non pinnata, aut tantum infrafolium majus duas auriculas observantur. Folia laciniata, passim etiam invenio: unde videre est quantum phrasæ. Linnæanæ sunt sæpe fallaces.

D.4

COROLLÆ UNIPETALE
COROLLÆ REGULARES INFUNDIBULIFORMES.

Foliis glutinosis.

84. *Tabacum ovato folio.*

Caulis pedalis. Folia ovata, integerrima, petiolata, glutinosa, acria, foetida. Flores numerosi, subracemosi. Calyx campanulato-tubulosus. Corolla lutescens, tuba brevi. Capsula rotunda, bivalvis, bilocularis: semina minima, numerosa.

Nicotiana rustica L. Grodnensis, passim in arvis, non feminata; florens auctuso, annua, Lugdunea.

Obs. Planta officinalis, económica. Folia acria nauseofusa & narcoticum spargunt odorem. Pulvis foliorum preparatorum sternutamenta moveat, pituitæ narium fluxus excitat, longo usu certe olfactum debilitat, abuso memoriam minuit, disponit ad vertiginem, apoplexiæ. Fumus fistula fuscus & repulsus apud astuetos praesertim in regionibus frigidis non nocet. Qui quotidiano usu consumunt pulvrem tabaci, hujus ope sperare possunt levamen ophthalmia cum copia lacrymarum laborantes.

Fumus tabaci instrumento proprio in intestinis propulsus, in tinnitus, cholera, aliquando fuit utilis.

Extus folia applicata sœpe ulceræ antiqua cum sanie reducunt ad statum recentis vulneris. Non inutile topicum pro resolutione tumorum frigidorum recentium; locum decoctione tabaci in morbo pediculari utilis. Intus magna dosi pulvis tabaci sumptus emesim cum anxietate excitat; minori dosi tractabile medicamentum non specendum pro debellandis plurimis morbis chronicis, sicut et his qui ab infarto, obstructionibus, originem ducunt; sed prudenter a practicis tractandum ferox istud medium. Decies vidi cum stupore juvenes nostros lithuanicos, febre vernali tertiana laborantes, milite-

NON FIGURATE. 37

cum spiritu cerevisiae cochlear unum pulveris tabaci venalis, uno haustu deglutire: hos omnes sanos vidi post alias evacuationes ano & cato. Discant hoc certissimo exemplo cogitantes medici quam lubrica sunt anodynorum practicorum dogmata; serio sequantur exemplum Storckii, qui centies factis inconcussis demonstravit nulla, sub directione fagacis medici, esse vera venena, itaque sola tali livore notata nobis suppeditare posse efficaciora auxilia.

Capsula echinata.

85. *Stramonium spinosum.*

Caulis tripedalis, ramosus: ramis oppositis, diffusis. Folia ovata, glabra, angulosa, foetida. Calyx tubulosus, angulosus, caducus. Carolla maxima, alba, plicata; tubo longo: limbo patente, quinquedentato. Capsula bilocularis, quadrivalvis, erecta, ovata, nuce major, echinata. Semina nigra, reniformia, numerosissima.

Datura Stramonium L. communis inter rudera Grodnæ, diu florens, annua, Lugdunea, rara.

Obs. Tota planta a longe virosum spargit odorem. Officinalis venenum narcoticum & medicamentum heroidicum: minima dosi somnum profundum facit; altiori delirium, amentiam, maniam, convulsiones, subsultus tendinum, paralysem, aphoniæ. Funestò errore semina loco seminum nigellæ erant vendita.

Acetum egregium hujus plantæ antidotum. Extus applicata pulpa foliorum dolores atroces haemorrhoidum saepius sedavì. Super cancrum ulceratum apposita rosionem impedit doloresque sopit. Primus clarissimus Storckius, vir natus pro bono publico, extractum stramonii in morbis internis methodice & audacter exhibuit; tentavit fausto successu pro debellandis infania, convulsio-

58 COROLLÆ UNIPETAÆ

nibus, epilepsia. Res miranda prorsus quod planta quæ nimio dosi hos morbos excitat, parca dosi possit eodem propellere. Nondum propria nostra experientia has vires confirmare potuimus. In mania ab amico, administrato extracto stramonii morbum jugularum vidimus. Nihil contrarii eventus contra illustrissimum Storckium probant.

In gravissimis morbis medicamentum quod decem et centum sanat ægrotantes, medico vero semper etiam pretiosissimum.

Sero autumno vaccæ avide & sine noxa comedunt floria stramonii frigore nocturno temperata & correcta, sed plantam recentem intactam relinquunt. Forte etiam frigore correcta tutius adhiberetur in medicina.

COROLLÆ ROTATÆ LIMBO IRREGULARI.

VERBASCA L.

Caules erecti, villoso, medullosi. Folia mollia, villosa. Flores dense spicati, numerosissimi. Calyx campaniformis, quinquefidus, lacinias inæqualibus; tubus brevissimus corollæ perpendicularis, hujus segmenta inæqualia, subrotunda, duo superiora breviora, inferiora tria majora: intermedio longiore. Stamina inæqualia, filamenta plerumque barbata, curva. Capsula ovato-conica, bilocularis, bivalvis: semina minima, numerosa.

Foliis decurrentibus lanatis.

86. Verbascum lanatum.

Caulis quadripedalis. Folia inferiora, magna, semipedalis, ovata, crenata: caulina decurrentia, tomento denso onusta, inde albescens. Spica simplex, pedalis, crista Flores densi, pallide lutei. Filamentorum barba alba, antheræ miniatae.

NON FIGURATE.

59

Verbascum thapsus L. Grodnensis, juxta vias frequens, florens augusto, perennis, Lugdunea.

Verbascum lanatum, var. spica ramosa.
In isto folia breviora. Spica ramos plurimos floridos producens. Corollæ luteæ, magnæ; filamenta purpurea.

Sat frequens in arvis: Grodnensis.

Obf. Florum verbasci infusum numerosis nostris observationibus vere pretiosum auxilium in dysenteria, diarrhoeis acutis, colica, tuffi. Decocti foliorum enema in his morbis utilissimum adjuvans.

Foliis petiolatis tomentosis.

87. Verbascum parvo flore.

Caulis cubitalis, tenuis, ramosus. Folia inferiora petiolata, ovato-lanceolata, minora, superne villosa aut glabra, inferne subtomentosa; caulina vix petiolata, non decurrentia, superiora sessilia. Flores spicati, racemosi: racemis plurimis ex spica. Flores parvi albi aut lutescentes. Filamenta barbata.

Verbascum Lychnitis L. rarior juxta Niemen fluvium: Florens julio, annua. Lugdunea.

Foliis saturate viridibus.

88. Verbascum nigrum. L.

Caulis bipedalis. Folia inferiora petiolata, majora quam in præcedenti, cordato-lanceolata, superne viridi-nigescens, inferne vix tomentosa: superiora sessilia, ovato-lanceolata. Corolla flavæ, medio circulo purpureo: barbulis filamentorum purpureis.

Communis in arvis, Grodnensis, florens augusto, perennis, Lugdunea.

Verbascum nigrum var. caule ramosissimo, spicis ramosis, foliis palmariis. Sic in terris pinguoribus prope Grodnam.

60 COROLLÆ UNIPETALÆ

COROLLÆ CAMPANIFORMES, LIMBO IRREGULARI

89. *Hyoscyamus niger* L.

Herba villosa, unguinosa, foetida. Caulis cubitalis, ramosus. Folia mollissima, elongata, pinnatifida, amplexicaulia. Flores terminantes congesti. Calyces campanulati. Corollæ magnæ, lutescentes, venis nigris pictæ. Stamens inæqualia, inclinata; capsula operculo testa, per matritatem desilente.

Communis Grodnensis inter rudera, diu florens. Annuum, Lugdunea.

Obs. Calyx villosus, pilis albis, longis. Corolla triflora, aspectu sublutea, lineis purpureo-nigris picta. Filamenta violacea. Anthera striatæ, violaceæ, rubræ, duabus striis albis. Filamenta tertia parte longitudinis tubæ corollæ agglutinata. Calyx tegit capsulam quæ cucurbita cum operculo figuram refert. Semina numerosissima, alba, placentæ columnari adhaerentia.

Vis delirium excitans residet in radice foliis & semibus. Vidimus infantem sex annorum natum qui semini aliquot capsularum diglitierat, spatio trium dierum omnia signa amentiae offerentem. Extractum hyoscyam vere pretiosum minima dosi præscriptum, ad tria gran. pro majori in morbis convulsivis. Sæpe fausto eventu tentavimus, in eclampsia, in convolutionibus hystericiis: in mania, et si fæpe præscriptius, nullum utiliter effectum observavimus.

COROLLÆ CONICÆ, PLICATÆ, PLANTÆ VOLUBILES.

Plantæ lactescentes, acres, purgantes. Caulis tenuis circalias plantas volutus. Folia alterna, sagittata; pedunculi uniflori, foliolis oppositis ornati. Flores e regione opposita foliorum nati: calyces quinquefidi; corollæ tubæ

NON FIGURATÆ.

61

continuo ampliato formatae, campaniformes, in quinque angulis plicatae, brevissimis segmentis quinquefidae. Capsula piriformis, trilocularis.

*Bracteis maximis.*90. *Convolvulus major.*

Caulis sexpedalis. Folia magna, quasi cordata, basi hastatæ truncatis angulosis. Foliola pedunculum terminantia maxima, cordata, calytem tegentia. Corolla alba, maxima, triplicicularis.

Convolvulus sepium L. *communis*, *Grodnensis*; florens julio in silvis, *Lugdunea*.

Obs. Planta officinalis, œconomica, lactescens, acris, amara; succus insipistatus egregium purgans, præfans medicamentum pro hydropsi, icteri, scabiei, herpetum curatione. Folia contusa ulcera cito ad bonam suppurationem reducunt. Non inutile auxilium pro resolutione tumorum frigidorum.

Radices autumno querunt fues, quas quando copiose possunt comedere, inde sensibiliter pinguecunt.

Tuta analogia ducti medici hanc speciem tentare possunt in plurimis morbis chronicis; pertinet enim ad familiam vere medicamentofam: maxima autem similitudo inter convolvulos nostros & species hujus generis exoticas. Huc veniunt pretiosa purgantia, soldanella, turpethum, jalappa, scamonium, mechoacana.

*Bracteis parvis.*91. *Convolvulus minor.*

Caulis bipedalis, tenuior, plerumque simplex, folia remota, pollice acuminata: Foliola pedunculorum a calyce remota, minima. Corolla alba, parva, vix pollicaris. *Convolvulus arvensis* L. *communis* in arvis, *Grodnensis*,

62 COROLLÆ UNIPETALÆ

dit florens a junio ad augustum, perennis, Lugdunæ Varietates frequentes vidimus circa Grodnam: 1. caule ramoso: 2. foliis apice obtusis: 3. basi vix sagittatis: 4. corolla rosea: 5. corolla purpurea.

Obs. Planta officinalis, œconomica. Recens planta latens, acris. Succus expressus, addita parva quantitate aquæ, vere alvum movet & absque torminibus purgat.

Nondum sat probatum auxilium in morbis chronicis plurimos successus promittit sagaci medico. Illius efficaciam in morbis cutis, scabie, herpete, jam aliquæ non dubiæ stabilierunt observations. Vitium agrorum, debilitatem plantæ volubilis herbas circa quas volvit, bonum tamen pabulum pro vaccis, ovibus & capis.

STAMINA QUINQUE: STILI DUO.

COROLLÆ CONTORTÆ.

Hujus classis naturalis duas tantum Lithuanis natura definiens species.

Corolla parva, alba.

Caulis lignosus, erexitus, bipedalis, non ramosus. Folia cordato-ovata, acuminata, dura. Flores racemosi, axillares, subumbellati, terminantes. Calyx minimus: cordonibus parvæ, albæ, rotatæ, segmentis acutis; faux clavis quinque frustulis irregularibus, stamina comprimentibus.

Fructus: vaginæ duæ, errectæ, angustæ, longæ, seminumeroosa, pappo coronata, lateraliter aperta, emitentes. *Asclepias vincetoxicum L. communis*, *silvatica*, diu florens a junio ad augustum, perennis. Radix aromatica, acida, *Grodnensis*, *Lugdunæ*.

Asclepias alba, var. *Foliis inferioribus rotundis, omnibus villosis*, *Grodnensis*, *silvatica*, frequens.

Obs. Planta primi anni vix pedalis, caulis unus ex radice

NON FIGURATÆ.

63

Folia minus acuminata, magis villosa, umbellam producens terminantem caulem, raro racemos axillares: in planta annorum subsequentium, ex radice magna plurimi caules altiores; folia magis elongata; racemi axillares, numerosi: sed quod singulare, attamen sat constans, ex una tantum ala alternatim oriuntur racemi. In circonference ex uno punto plurimi æquales pedicelli uni flori, in centro nonnulli longiores biflori: unde in phrasí Linnæana dicitur umbellis proliferis.

Planta officinalis. Radix aromatica, amara, acris. Flores spargunt odorem proprium, non mihi ingratum.

Mitiora sunt folia quam radix; siccata, diu masticata proprium saporem excitant non valde ingratum.

Etiam si hæc species proxime affinitate sit conjuncta cum apocynis eminenter venenatis & acribus, non inde petenda suspicio malignitatis: nonne solana plurima mitia sunt mixta cum venenosis; certe centies veteres practici intus præscripterunt vincetoxicum; nullus pravos observavit effectus: econtra laudarunt sicut præstantissimum remedium pro sudoribus eliciendis, pro fluxu menstruu provocando. Utiliter præscriperunt contra hydroponem anasarcam. Decoctum exhibebant pro resolutione tumorum frigidorum, pro députatione ulcerum cum sanie putrida. Radix recens vomitum excitat; dessicata urinæ fluxum evidenter adauget: unde sperandi sunt egregii effectus, si moderata dosi, in morbis cum atonia & stagnatione humorum detur. Forte ètas futura laudabit in scrophulis, scabiosis effectibus, ulcerationibus internis. Nonnullæ observations nobis propriae hanc spem adaugent. Gelu tactam hanc herbam comedunt equi: recentem respuunt & equi & oves.

Corolla magna.

93. *Pervinca procumbens.*

radix tenuis; caules plurimi, repentes, sublignosi;

64 C O R O L I A E U N I P E T A L A

geniculati, e nodis radiculas emitentes. Rami floriferi erecti. Folia caulinum sempervirentia, opposita, brevi petiolo contorto donata, ovato-lanceolata, obtusa, parva, lœvia, sicca, superne saturato virore nitens; inferne dilutiore: folia ramorum lœte viridia, molia. Pendunculi curvati, axillares, uniflori. Calyx quinquefidus, tubo floris brevior. Corolla cœrulea. Tubus longior pentagono. Limbus planus, segmentis quinque oblique dispositis; stamna amplectuntur stigmata; filamenta brevia, inflexa. Anthera membranacea, marginibus tenetaria. Folliculi longi, acuminati, longitudinaliter dehincentes. Semina numerosa, oblonga, cylindracea, sulcata.

Vinca minor L. Inveni communem in hortis Lithuaniae, non crederem spontaneam; stolonibus propagatur. Numquam floruit in horto academicae; communis prope Lundunum; floret initio martii, sed fructus non evolvit nisi planta in vase sit coercita.

Obs. Corolla infundibuliformis, lacinias oblique sectis. Si duo stigmata: unum superius perforatum, capitatum; inferius orbiculatum, planum. Fructus: folliculi duo erici. Semina nuda.

S T A M I N A Q U I N Q U E.
C O R O L L A E S U P E R A E , G E R M I N A I N F E R A

C A M P A N A C E A.

Folius pinnatis.

94. *Polemonium Valerianæ folio.*

Caulis tripedalis, ramosus. Folia pinnata: foliolis ovate lanceolatis, integerrimis, per paria decena, extremitate impari. Flores racemosi, glomerati, terminantes. Calyx campaniformis. Corolla campanulato-rotata, saturata, caerulea.

N O N F I G U R A T A.

65

cœrulea; bases filamentorum latæ, fundum corollæ claudentes: inde germen infernum; capsula trilocularis, infera. *Polemonium caruleum* L. communis in silvis, Grodnensis, diu florens a junio, perennis.

Polemonium valerianæ folio, var. caule simplici, paucifloro. præcedenti in omnibus partibus minor, racemo simplici, paucifloro, terminante; foliis valde remotis: unde facies propria videtur; siboles primi anni, Grodnensis.

Polemonium valerianæ folio, var. floribus albis. Planta ramosissima, caule crassiore, foliolorum paribus numerosioribus ad sedecim, corollis in uno specimine omnibus albis, in alio albis & cœruleis, in variis rams.

Zygogenes terræ vegetabilis pinguis, Lofosna in depressis locis, Grodnensis. Omnes variant foliolo impari, bifido,

trifido, quinquefidio.

Ob. Planta œconomica, introducta in hortis recreat oculos copia & pulchritudine florum. Cæterum fatua & inodora, copiose mucum nutritium suppeditat pecoribus; bos, capra, ovis, libenter comedunt folia. *Nota.* Veteres botanici, prætermissa analysi partium fructificationis hanc plantam cum *valeriana silvestri* compararunt; re vera ante florut evolutionem summam. Inter utramque reperio similitudinem, præsertim quoad caulescentiam & foliationem.

C A M P A N U L A E L.

adescentes. Radices juniores mucuum nutritivum copiose exhibentes, passim cum resinoso acri mixtum. Folia simplicia. Calyx ex quinque foliolis germina coronantibus. Corolla campanulata, ante evolutionem quinque viciibus plicata, quinquefidia, raro ad medium partem longitudinaliter campanæ. Staminum filamenta inferius plana. Stigmata tria ante evolutionem corollæ coalita, post

Tom. I.

E

66 COROLLE UNIPETALAE

disjuncta, revoluta. Capsulae plerumque triloculare, squamis basi, sicut valvulae, elevatis, femina fundente.

Folia caulina linearia, radicalia lata.

FLORES LONGE PEDUNCULATI.

95. *Campanula rotundifolia*, var. *hederuloides*.
folio.

Caulis simplex, palmaris. Folia inferiora, petiolata, quinque loba: intermedia lineari-lanceolata, dentata; superior linearia. Flos unicus terminans caulem. Corolla feminalis, cærulea.

Campanula rotundifolia var. *Reniformifolio*.

Differit foliis inferioribus basi excavatis, latioribus quam longis, crenatis; intermediis ovato-lanceolatis, ferratis; in medio caule lanceolatis, ferratis; supremis linearibus; floribus paucis, 4 aut 5; pedunculis axillaribus.

Campanula rotunda var. *ovato folio*.

Pedalis differit foliis radicalibus ovatis, crenato-dentatis.

Obj. Planta oœconomica. Flores præparati dant pigmentum viride; sed longa maceratio requiritur in aqua ac minofa.

96. *Campanula linifolia*, var. *foliis radicalibus reniformibus*.


Differit caule pedali, ramoso, cærplescente, foliis caulis confertis, linearibus integris, sublanceolatis; radicalibus reniformibus, crenatis, diametri octo lineorum; pedunculis bifloris, trifloris: floribus majoribus variat. flore albo.

Campanula linifolia var. *Foliis radicalibus ovato-lanceolatis*.

Differit foliis pollicari longitudine, basi producta in petio-

II.

CAMPANULA ὄπερομειόπελος P. 67. N.
rapunculus L.



CAMPANULA
ὄπερομειόπελον
var. gl.

NON FIGURATAE.

67

inferius dentato-serratis, a medio ad acumen integermis; floribus minoribus, violaceis, subracemosis: racemis quinquefloris, numerosis. Ix omnes possunt referri ad rotundifoliam Linnæi, quæ Lugdunæ.

rodenenses in silvis, communes, diu florentes, a junio ad octobrem, perennes.

Ramis divergentibus.

97. *Campanula patula* L.

stilis bipedalis; superius ramosus: ramis patulis, a centro remotis. Folia radicalia ovalia, lanceolata, late petiolata; caulina sessilia, ovalia, lanceolata, remota; omnia glabra, lutescentia. Pedunculi pauciflori: calyces glandulosi; corollæ mediciores, cæruleæ.

odnensis, communis in silvis, florens junio, biennis.

Campanula patula, var. *flore albo*.

Campanula patula var. *foliis caulinis inferioribus ovalibus*, crenatis, aut ferratis, decurrentibus.

Campanula patula, var. *caule simplici*, sulcato; pedunculis unifloris: floribus panniculatis, patulis.

Campanula patula, var. *caule simplici*, pedunculis trifloris, foliis pulchre lilaceis.

im primaria, silvestres, florentes junio.

Racemis coarctatis.

98. *Campanula coarctata*.
cies praecedentis: caules plurimi, angulosi, scabri, cu-
bitales, simplices. Folia radicalia spatulata; caulina latiora
quam in praecedenti, quasi lingulata, saturate viridia,
glabra, undulata. Racemi florales plurimi, axillares,
coarctati. Corollæ minores, numerosiores.

E 2

68 COROLLÆ UNIPETALE

Videtur var. rapunculi L. Grodriensis, florens junio, silvis prope Niemen.

Foliis lanceolatis, serratis.

99. Campanula perficifolia L.

Caulis tripedalis, simplex. Folia radicalia obovata : caulis lanceolata, linearia, sessilia, subserrata, longissima, item quinque pollicum. Pedunculi axillares, uniflori, longi. Calyces glabri. Corolla brevis, late campaniformis, magna, saturate cærulea.

Communis in silvis, Grodnensis, florens junio, perennis Lugdunea.

Campanula perficifolia, var. foliis radicalibus lanceolatis, duplo longioribus; pedunculis brevioribus; ribus minoribus, longam spicam formantibus.

Campanula perficifolia, var. caule unifloro; foliis integrerimis, rubescitibus.

Campanula perficifolia, var. maxima, latifolia.

In ista caules quatuor pedales; folia inferiora magnitudine & forma folia amygdali referentia; caulina longitudine palmari, octo linearum lata. Pedunculi passim tres in una axilla. Corollæ majores, saturate cæruleæ.

Communes in silvis, Grodnenses, florentes julio, ultra septembri.

Obs. Radix perficifoliae succulenta; magna quantitate succum nutritium suppeditat, annone tempore premit auxilium.

Capræ, oves, equi folia libenter comedunt.

Floribus magnis panniculatis.

100. Campanula speciosa.

Facies præcedentium, sed flores majores; pedunculi florib. gradatim ascendendo panniculum splendidum fr.

NON FIGURATE

69

mant. Calyces hirsuti, pilis compositis, rigidis, albissimis. Folia duriora, subaspera.

An adhuc varietas perficifoliae? crederem; passim enim video in ista calyces hirsutos.

Corollis odoratis.

101. Campanula suaveolens.

Caulis simplex, quinquepedalis. Folia inferiora petiolata, ovata; caulina inferiora brevi-petiolata, lanceolata, dentato-serrata; superiora angustiora, acute serrata: floralia integerrima: intermedia longitudine quatuor pollicum, latitudine unius: omnia glabra. Flores panniculati, panniculo-pedali. Ramuli florales octo, sex, quadriflori. Flores parvi, nutantes. Corollæ campanulæ, elongatæ, albae, suaveolentes.

Grodnensis, in silva Grandzicze, florens augusto, perennis; radix dulcis, lactescens.

Campanula suaveolens var. flore cæruleo.

Differet foliorum serratulis inæqualibus, majoribus, subvillosis, racemis floralibus uni & bifloris, pedunculis longioribus, floribus cæruleis, paulo minoribus, panniculo angustiori.

Eum præcedenti eodem die florens, perennis: utraque videtur liliifolia Linnæi.

Obs. Hæc species pròmittit observatoribus vires medicas & diæteticas; sed nondum fuit tentata. Comedimus radices: gratum exhibent saporem nec nocere possunt.

Foliis rigidis, floribus axillaribus pedunculatis.

102. Campanula rigida.

Caulis vix pedalis. Folia radicalia petiolata, cordata, parva, dentata; caulina ovato-lanceolata, dentato-serrata; superiora angusta: omnia dura, subhirsuta, cine-

E 3

70 COROLLE UNIPETALE

rescentia. Rami floriferi ex axillis inferiorum, aut nulli.
Pedunculi uniflori, breves: flores secundi. Corolla
mediocres.

Grodnenis, silvatica juxta Niemen, florens junio: videtur
rhomboidalis Linnæi.

Foliis & corollis majoribus.

103. *Campanula latifolia*.

Caulis bi-aut tripedalis, glaber, simplex. Folia inferior
magna, latiora, ovato-lanceolata, acute ferrata, bre-
viter petiolata; hirsuta; superiora angustiora, lanceo-
lata. Pedunculi axillares, breves, uniflori aut biflori;
calyces glabri, segmentis latis; corollæ ex majoribus,
cerulea; fructus cornui.

Campanula latifolia L. Grodnenis, frequens in silva
Grandicze; florens junio, perennis.

Foliis cordato-lanceolatis.

104. *Campanula urticæ folio*.


Caulis hirsutus, bipedalis. Folia longe petiolata, cordata-
lanceolata, hirsuta, dentato-ferrata; pedunculi axilla-
res, pauciflori, plerumque triflori. Calycis segmenta
lata, ciliata; corolla magna, pilosa.

Campanula trachelium L. Grodnenis, communis in silvis,
diu florens a junio ad septembrem, perennis. Lugdunensis.
Campanula urticæ folio, var. Foliis ovato-lanceolatis,
profunde dentatis, calycibus vix ciliatis, pedunculis
unifloris, bifloris, & quinquefloris.

Campanula urticæ folio, var. Caule erecto, ramosissimo,
foliis ovato-lanceolatis, vix petiolatis; floribus inferioribus
racemosis, superioribus axillaribus; pedunculis uni-
floris, bi aut trifloris.

Accedit ad Bononiensem L.

P. 69. N. 102.



P. 71. N. 103.
CAMPANULA latifolia
αλπικός πλατύφυλλος



*Campanula pulla. L. var.*

NON FIGURATAE.

72

Campanula urticæ folio, var. *Caule violaceo*, vix piloso; foliis breviter petiolatis, ovato-lanceolatis, maximiis, profunde dentatis; pedunculis racemosis, quadrifloris.

Campanula urticæ folio, var. *caule ramoso*, ramis dichotomis, pedunculis unifloris, floribus secundis, foliis floralibus longissimis, calycibus onustis pilis ramosis, albisimis, densis.

Hæ varietates communes in silvis prope Grodnam; forte inter istas latent nonnullæ vera species ulteriori examine scrutandæ.

*Foliis linguiformibus.*105. *Campanula betonicae folio.*

Caulis rotundus, hirsutus, simplex, pedalis. Folia rara; quatuor remota, longe petiolata; inferiora linguiformia, basi subcordata; superiora ovato-lanceolata: omnia crenulata, hirta, cinerescentia. Flores pauci, duo axillares, terminantes. Calyx hirsutus. Corolla cærulea, media magnitudinis.

Grodnenensis, silvatica, florens augusto.

*Caule tenuissimo.*106. *Campanula filiformis.*

Caulis simplex, filiformis, tenuissimus, debilis, villosus. Folia radicalia, longissimo petiolo donata, reniformia, crenata, figura & magnitudine hederæ terrestris; caulinæ petiolata, ovato-lanceolata, crenato-ferrata; floralia lanceolata: omnia subhirsuta. Pedunculi axillares, uniflori, brevissimi. Calyces vix hirsuti. Corollæ parvæ, cæruleæ: flores eredi.

Campanula filiformis var. *uniflora*.

In ista, corolla duplo major, folia radicalia ovata. Simil florebat octobri Losofna,

72 C. O R O L L E U N I P E T A L I X

*Campanulæ floribus panniculatis.*107. *Campanula pyramidalis.*

Caulis quatuor & quinquepedalis, simplex, rotundus, hirsutus. Folia inferiora magna, petiolata, cordato-ovata, crenata, margine cartilagineo; intermedia brevi folioso petiolo donata, ovata, acuminata; superiora sessilia: omnia subhirsuta; flores racemosi; racemi breves, octo, sexflori, alterni, approximati, erecti, inde paniculus coarctatus fere bipedalis; calyces glabri; corolla campanulaceæ, angustæ, mediocres, violaceæ, aut cœruleæ.

Grodnensis in silva Wulmeri, & alibi, florens augusto. Mihi videtur Mater Pyramidalis Linnæi; culta in horto amissit hirsutiem, majoresque flores exhibuit.

*Campanulæ foliis asperis, floribus glomeratis, sessilibus.**Foliis amplexicaulibus latis.*108. *Campanula glomerata L.*

Caulis simplex, asper, pedalis. Folia radicalia petiolata, lingulata, obtusa; caulina amplexicaulia; floralia concava; omnia minute serrata, hirsuta, sicca, aspera. Flores plurimi, sessiles, axillares: glomerulus terminans major. Corollæ parvæ, villosæ.

Communis in arvis & pascuis, Grodnensis, florens junio, perennis. Lugdunea.


Campanula glomerata var. Nana.

Vix caulis quadriuncialis, rubescens: petioli foliis duplo longiores, rubri. Folia cordato-ovata, acuminata, crenata. Corollæ ceruleæ, majores.

*Grodnensis, florens maio in pascuis.**Campanula glomerata, var. autumnalis.*

TRACHELIVM ἀλπικομηδοσκιαδίωδες

P. 72 N. 108.



NON FIGURATE.

73

Caulis pedalis. Folia ovato-lanceolata, raris dentibus brevissimis ornata, basi in petiolo prolongata. Flores tres, aut quatuor in axillis omnium foliorum amplexicaulinum, corollæ saturate cœruleæ, violaceæ.

Grodnensis, florens octobri in silvis.

Campanula glomerata, var. Floribus albis.

Campanula glomerata, var. Caule ramoso.

Campanula glomerata, var. caule bifurcato; foliis amplexicaulinibus, suboppositis: flore uno in axillis foliorum inferiorum.

Campanula glomerata, var. Panniculata.

Caulis ramosissimus; tredecim rami gradatim ascendentes.

Flores nulli in axillis foliorum. Glomeruli multiflori terminant omnes ramos, medio caulino majori.

Florebat in silvis supra Niemen, julio.

Foliis longis, angustioribus.

109. *Campanula Echii folio.*

Caulis bipedalis, simplex, hirsutus. Folia inferiora lanceolata, angusta, longa sex pollicum, hispida, albescens, crenulata; folia intermedia, sessilia; superiora latiora, concava. Glomeruli florum in axillis duorum foliorum, infra glomerum majorem terminantem. Corollæ minores quam in glomeratis, cœruleæ, pentagonæ.

Campanula cervicaria L. communis in silvis, Grodnensis Lofofna, florens junio, perennis.

Campanula Echii folio, var. foliis angustioribus, integerimis, caule rubente.

Campanula Echii folio var. glomerulo florum terminali, elongato, corollis albis, marginibus foliorum undulatis, crenulis maximis, remotis.

Campanula Echii folio var. glomerulo florum terminali, complanato, umbellato, maximo; corollis niveis. In

74 COROLLÆ UNIPETALÆ

ista flores nulli ex axillis foliorum concavorum, quorum
loco folia erumpunt.

Campanula Echii folio, var. multiplicata.

In ista caulis quatuorpedalis. Folia caulinæ ovato-lanceo-
lata, longa, integra. Foliorum axillæ foliiferæ & floriferæ.
Glomeruli florum tam multiplicati ut spicam pedalem
exhibeant.

Campanula Echii folio var. Thyrsoidea.

Caulis simplex, pedalis, castaneus, raris pilis hispidus;
folia angustiora, tomentosa, vix crenata, numerosa.
Fasciculus florum quatuor pollicum longus, crassissimus,
terminat caulem. Numero centum & ultra flores: corolla
saturate cæruleæ.

Crederem filiam Thyrsoideæ Linnæi.

Omnes præcedentes varietates in silvis prope Grodnam
servatæ.


**Campanaceæ floribus numerosis, in calyx
communi contentis.**

110. Jasione scabiosæ capitulo.

Caulis ramosus, pedalis, subasperus. Folia linearia, obtusa,
villosa. Rami magna parte nudi, capitulo plano, florido,
terminati. Calyx communis, decem foliolis dentatis fix-
matus, includit plures flores, brevi pedicello instruens.
Calyx proprius minimus. Corollæ exiguae, cæruleæ; petalæ
quinq; angusta bafi cohærentia; antheræ bafi coalescentes,
capsula infera, bilocularis.


Jasione montana L. communis in arvis, Grodnensis, Lit-
auenæ, diu florens a junio ad augustinum, annua. Numerus
dentium foliorum calycis communis, & foliorum
ipsorum, diversus in variis speciminiibus. Folia mo-
sterrata, modo undulata, obtusa aut acuta. Calyx p

P. 74. N. 110.



Jasione montana. I.

RAPVNTIVM à vanderxepetro P. 75. N. II.



Phyteuma spicata. L. var. *monstrosum*

NON FIGURATE.

prii dentes quinque aut sex. Petala etiam sex video. Sequentes varietates constantiores sunt.

Jasione scabiosæ capitulo, var. nana.

Vix palmaris, caule simplici, foliis magis hirsutis. Stamina pleraque libera.

Jasione scabiosæ capitulo, var. ramis subdivisis. In ista caulis bipedalis, ramosissimus, glaberrimus : rami plurimos ramos floriferos producentes. Folia etiam glabra, integerrima; inferiora spatulata. Flores saturate cœrulei. Jasione scabiosæ capitulo var. floribus albis. Caules ex radice quinque, simplices, quatuor brevioribus curvis, hirsuti, pedales. Folia villosa, albescens, latiora. Corolla alba : foliola calycis communis villosa, alba. + Constant, à quatuor annis observata : florens junio in silvis juxta Niemen.

III. Jasione umbellata.

Caulis semipedalis, rubescens. Folia sinuata ; calycis communis foliola rubescens, latiora, ovata, saltem viinti. Centum saltem pedunculi, inaequales, longitudine unius pollicis & dimidii, ex communi calyce orti, formant umbellam concavam. Petala violaceo-nigrescens. calyx proprius, coloratus, purpurascens.

Grodensis prope silvam Wulmeri : florens julio. An simplex varietas ?

Campanaceæ corollis irregularibus.

Floribus spicatis.

III. Rapunculus spicatus.

Caulis bipedalis, simplex. Folia radicalia longe petiolata, cordata ; Caulina sessilia, angusta. Flores densi, spicati : spica longa, cylindrica ; corolla ante explicationem cornuta ; petala quinque vix basi coalita, lutescentia. Capsula infera, bilocularis.

Phyteuma spicata L. communis in silvis, Grodnensis, florens
julio. Lugdunæ.

Rapunculus spicatus var. flore albo.

Floribus hemisphaericis.

I 13. *Rapunculus orbicularis.*

Caulis pedalis, simplex: flores capitati, terminantes. Folia radicalia cordata, sed longiora quam in præcedenti, serrata: caulinæ amplexicaulia, acutiora. Spica florua primo hemisphaerica, deinde ovalis; corollæ saturatæ cyaneæ.

Phyteuma orbicularis L. rara in Lithuania, inventa in silve Bobrowszczyzna: florebat junio; perennis. Lugdunæ, montana.

Campanulis affinis. Corolla hypocrateriformis.

I 14. *Samolus beccabungæ facie.*

Caulis cubitalis, erectus, superne ramosus: ramis floriferis, floribus albis, racemosis. Folia beccabunge glabra, petiolata, ovata, obtusa. Calyx campanuliformis; corolla tubo brevi; segmentis quinque planis, subemarginatis. Stamina munita quinque squamulis corollæ. Fructus mobili hemisphaerio coronatus, inferus, unilocularis, quinquevalvis. Semina numerosa, placentæ tuberculosaæ adhaerentia.

Samolus valerandi L. Grodnensis in pratis humidis circa stagnum Jeziory. Lugdunæ.

Off. Planta officinalis, œconomica: folia subamara laudantur in scorbuto, in ulceribus. Vires istæ adhaerentia confirmandæ. Boves, capræ, oves libenter comedunt plantam, etiam aliis mitioribus oblatis.

Phrasis C. Bauhini vero comparativa: samolus veronicæ, anagallis faciem exhibet.

ANTHERÆ QUINQUE COALITÆ IN
UNO FLORE.
GERMEN INFERUM CUM STILO TRIFIDO
IN ALTERO FLORE.

Bacca nigra.

I 15. *Bryonia nigra.*

Radix maxima, acris. Caulis decempedalis, tenuis, fulcatus, angulis subspinosis, ramosus. Folia alpera, lobata: lobis quinque, acuminatis, dentatis; intermedio majori, bidentato: lateralibus bifidis. Pedunculi multiflori. Cirri spirales, laterales. Calyx campanulatus. Corolla quinquefida, calyci adnata, albo-viridescens, parva: antheræ quinque, tribus filamentis adhaerentes in flore masculo. Post florescentiam feminei, bacca nigra acini magnitudine.

Bryonia alba L. communis in silvis & sepibus, Grodnensis, florens augusto, perennis. In nostris certe flores masculi & feminei in eadem planta.

Off. Vis cathartica nidulatur in foliis & radice; in radice præter principium acre purgans, adeo magna quantitas mucil amilacei. Desificatione, lapsu temporis, & in lotiobus repetitis medicamentorum principium destruitur: hinc pulpa radicis juxta has circumstantias drasicum, catharticum & minorativum clinicis offerre potest.

STAMINA OCTO, DECEM : STILI QUATUOR.

Corolla terminali quadrifida.

I 16. *Moschatelina fumariæ folio.*

Caulis simplex, vix palmaris. Folia glauca, tenera; radi-

calia duo aut tria ; omnia terna : foliola multifida ; lobis rotundatis ; caulina duo aut tria , remota a fructificatione , opposita aut verticillata. Flores minimi , quinque , terminantes caulem. Quatuor cubum formant , impari superimposito. In impari stamna octo , in aliis decem. In quinto corolla quadrifida , in aliis quinquefida ; corollæ virides ; calyx bifolius aut trifolius , inferus ; baccæ quadri aut quinquelocularis calyci coalita.

Adoxa Moschata L. *communis*, Grodnensis , in umbrosis humidis Lososnæ ; florens aprilis , perennis , Lugdunea , montana.

Sequentes inveni varietates : 1. septem & octo flores in capitulo : 2. Stamina undecim & duodecim in floribus lateralibus : 3. foliis radicalibus nullis : 4. caulinis nullis : 5. caulibus quatuor ex una radice. Plura specimina collecta moschi lenem spargunt odorem.

STAMINA DECEM , STILI QUINQUE

Corollis albis.

117. *Oxys alba.*

Folia radicalia , petiolata , ternata : foliolis obverse cordatis , saepè plicatis , nutantibus , grata acidis. Pedunculi radicales , uniflori. Calyx campaulatus , viridi-albescens . Petala quinque , alba , supra unguies coalita , basi unguium libera & lutea. Capsula angulis dehiscent , pentagona.

Oxalis acetosella L. Grodnensis in humidis silvarum lucis. Communis : florens aprilis , maio , perennis. Lugdunea ; rara.

Obs. *Oxys lutea* caule ramoso , diffuso , pedunculis umbelliferis , axillaribus , paucifloris ; elapsa ex horto botanico , indigena evasit prope Grodnam ; communis circa Lugdunum : est *oxalis corniculata* L.

Petala sunt apice unguium unita sed , supra : unde quinque unguies liberi formant quasi coronam trepani ; tres squamæ nodum scapi perficiunt. Corolla cito marcescens , ante expansionem convoluta , lateribus petalorum imbricatis , & contorta sicut papyrus pro lampade nocturno. Etiam si de die aperta , sic clauditur vesperi , ne antheræ humectentur. Plerumque castrata invenio flamina , quinque breviora. Stili staminibus longiores. Antheræ & stigma alba. Germen elongatum ; lente examinatum monstrat figuram capsulæ futuræ , quæ quinque valvis , elastica , irritata , plurima longe femina minuta projiciens aperitur. Quando folia expanduntur cælo pluvioso , si acuto stilo irritentur , tunc spasmodice moventur se se contrahendo. Phænomenon fat simile motui mimosæ pudicæ : hic motus fortior erit , si petioli foliorum prope ad apicem vellicantur.

Planta officinalis , in præscriptionibus acetosella dicta. Sapor foliorum gravior succo citronum & mitior ; salem acidum essentiale tremori tartari analogum magna copia exhibent. Parantur conservæ , syrupi in febribus putridis & malignis ; observatione repertis fauto successu præscripsi. Scorbutici solatium inveniunt masticando folia , præfertim quando gingivæ & fauces dolent , sicut saepius observavimus in Lithuania , nullo adhuc apparente alio signo mali. In febre ardenti Grodnensi veris initio frequenti , nulla tutior reperiret medicina. Quis igitur Providentiam non adoraret , quæ cuique populo copiose nullo pretio emenda larga manu quolibet anno , quando regnant morbi , appropriata remedia concedit. Felices Lithuani , sua si norint bona !

80. COROLLA UNIPELALÆ
STAMINA NUMEROSEA, FILAMENTIS COALITA,
STILUM VAGINANTIA.

Malvaceæ.

Paucæ sunt vere indigenæ in Lithuania: Plurimæ exoticae sub dio coluntur in omnibus hortis. Corolla tam profunde divisa, ut pentepetala videatur, sed cum segmenta inferne tali modo coalescent, ut corolla integra decidat, rigorofe dici potest unipetala; petalorum unguis inflexi vaginam formant columnarem, qua superius producit flamina libera. Fructus in nostris multilocularis: ceterum non tantum convenient fructificatione, sed in plerisque folia, habitus exhibent attributa communia; omnes sunt nutritivæ, emollientes.

Caule procumbente.

118. Malva prostrata L.

Caulis cubitalis, ramosus, prostratus. Folia reniformia, ferrorbiculata: quinque lobis vix notatis. Pedunculi uniflori. Corollæ parvæ, albæ, rubellis venis pictæ. Calyx duplex: exterior trifolius; interior campanulatus, quinquefidus. Capsulæ reniformes, a 12 ad 14, orbiculum formantes in disco compressum.

Malva rotundifolia L. Grodnensis, Lugdunea, communis juxta vias; florens julio, perennis. Variat floribus crenuleis & albis, foliis septem lobis. Paffim video nanæ vix palmarem foliis rotundis, diametri quatuor linearum

Caule erecto.

119. Malva erecta.

Caulis erectus, tripedalis. Folia quinquelobata, magnæ lobis triangularibus, acutis. Pedunculi plurimi, axillares, uniflori: flores congesti; calyces villosi. Corolla albæ purpurea:

NON FIGURATAE
purpurea: segmentis oblique incisis, adrasis. Capsula decem ad quindecim,

Malva silvestris L. communis juxta vias, Grodnensis, Lugdunea, perennis: florens júnio. Invenio paffim foliata: quatuor calycis externi, pedunculos multifloros, folia saepè septemloba; corollæ caeruleas, & albas. *Caulis hirsutus*; ex aliis foliorum plurimi inæquales. Pedunculi breves. Corollæ paffim albae & saturate cæruleæ. Folia magna, scabra, dentato-ferrata: saepè inventio lobes rotundatos, raro elongatos, triangulares. In meis speciminiis frequenter externi calycis video quatuor foliata. Non raro præter pedunculos breves, unifloros, in eodem specimine pedunculi multiflori ostiuntur. Folia tenui viva apparent hirsuta, praesertim marginibus. *Planta officinalis*, *œconomica*.

Primo vere radices decoctione magnam quantitatem muci glutinosi, insipidi, fluppediant. Autumni tempore exsuccæ, ligotiores sunt. Folia succulenta, fatua, majorum quantitatam glutinis præbent quam præcedentis. Succedanea est pro omniibus indicationibus adimplendit malvæ rotundifoliae.

Folii crispi.

120. Malva breviflora.
Habitus præcedentis: folia septemloba, majora: lobis crispi, crenatis, triangularibus. Flores axillares, aggregati, plurimi, fere sessiles; alii longe pedunculati: pedunculi & calyces hirsuti. Calyx exterior trifolius, interior magnus. Corolla parva, vix calyce longior, albescens. Fructus magnus; capsulis irregularibus, angulosis.

Communis in arvis cultis, circa Grodnam: florens augusto. Credorem simplicem varietatem malvæ erectæ: sic enim in prostrata saepè inveni corollas calyce breviores. Est malva crispa Linnaei; videtur advena.

Tom. I.

2 COROLLÆ UNIPETALÆ, &c.
Foliis palmatis.

121. *Alcea palmata.*

Caulis erexitus, quatuorpedalis. Folia scabra, fere digitata, trilobata: lobis lateralibus bipartitis; intermedio tripartito quoque lobo dentato. Flores subumbellati terminantes. Corollæ magna, emarginata, acute incisa, carnea, capsula nigra.

Malva alcea L. communis in silvis, Grodnensis, Lugdunæ, florens julio, perennis. Variat foliis superioribus versus digitatis, foliolo intermedio palmato, quinquelobo, in aliis foliola palmata, foliolis fere integris, foliolorum dentes variis quoad numerum & magnitudinem. Sepe vide pedunculos unifloros, axillares; plerumque calyx exterior quadrifolius, paucim corolla sex petala exhibet ligata.

Foliis multipartitis.

122. *Alcea pinnatifida.*

Habitus præcedentis: folia asperiora, inferiora ambitu rotundato, quinquelobata, lobis brevibus: caulina trilobata, lateralibus lobis bipartitis, minute divisis seu pinnatis.

Corollæ carneæ, suave olentes. Capsula hispida. Malva moschata L. Grodnensis in silvis, frequens: florens julio, annua. Lugdunæ.

FINIS PRIMÆ COLLECTIONIS.

SERIE I PRIMÆ,

SEU

FLORUM UNIPETALORUM
COLLECTIO II.

Floræ simplices. Corollæ Unipetalæ, involucello, figuratae, difformes.

Stamina duo, aut quatuor, inæqualia, Stylus unus.

FASCICULUS PRIMUS.

GERMINA QUATUOR, NUDA.

*Didynamiae gymnospermæ Linnaei, verticillatae
Boerhaavii, labiatæ Tournefortii.*

PARTIA Lycopum, omnes nostræ exhibent quatuor staminæ, quorum duo longiora. In omnibus calyx unifolius, semina quatuor nuda in fundo fovens. Corolla unipetalæ, ex cylindrico tubo difformiter terminata; pars superior limbi dicitur galea; laterales aleæ; inferior barba; stylus bifurcatus. Folia opposita. Caulis saepe quadratus. Flores circa caulem plerumque ad nodos verticillatim dispositi. Plurimæ aromaticæ, oleofæ; aliquæ fetidae; paucae inertes.

34 COROLLÆ UNI PETALE
COROLLÆ PARUM DIFFORMES, STAMINA DUO.

1. *Lycopus alboroseus.*

Caulis ramosus, bipedalis : ramis foliosis, & floriferis. Folia inferiora laciniata, sinuata ; intermedia sinuata ; superiora dentata : dentibus magnis, acumine terminatis. Florum verticilli densissimi (numerous), axillares ; calyx dentes quinque, longi, aristati, hirsuti : unc longiore ; Corolla parva, alba, laciniis subequalibus ; galea emarginata, latiore ; barba trifida ; segmentis rotundis, pulchre maculis rubris picta ; tubus brevis : stamina corolla longiora. Semina retusa.

Lycopus Europeus L. Florens julio in aquosis, Grodnensis, juxta Niemen communis, perennis, Lugdunea.

Oj. Haec species singulariter foliatione variabilis : modo folia basi pinnata, reliqua parte laciniata ; modo integræ, vix dentata ; modo sinuata ; plerumque sessilia ; passim subpetiolata, hirsuta sive aut tere glabra. Nofra plerumque exhibet folia marginibus breviter hirsuta.

Planta tingitoria, colorum præbet nigrum, præfertim pro pannis tingendis. Tela succo Lycopi infecta maculas perindeas retinet.

STAMINA QUATUOR.

M E N T H A - L I N N A E I.

Corolla subæquales, quadrifidae ; lacinia latiore, emarginata. Filamenta distantia, recta. Flores parvi, deinde congesti.

Floribus spicatis.

2. *Mentha spicata.*

Caulis bipedalis, erectus, ramosus. Folia oblongo-lanceolata, serrata, sessilia, subtus tomentosa. Flores spicatis cylindrici ; stamna corolla duplo longiora ; Corolla subæruleæ, sœpe segmentis iatus violaceis.

35 MENTHA - FIGURÆ ATTIVÆ.

Mentha silvestris L. Florens in aquosis prope Grodnam, augusto, perennis : passim invenitur flore albo. Lugdunea.

Floribus capitatis.

3. *Mentha capitata.*

Caulis cubitalis, erectus, ramosus. Folia ovata, ferrata, petiolata, subtus nervosa, lanuginea, obscura, superne plerumque glabra. Verticilli, in summitate ramorum pauci, terminante maximo globo. Corolla dilute purpurea ; stamna corolla longiora.

Mentha aquatica L. communis in aquosis prope Grodnam, Lofoña, & alibi. Florens augusto, perennis. Lugdunea. Sæpe in axillis inferioribus flores racemosi, pedicellis distinctis.

Variat, caule simplici & ramosissimo : caule & foliis corollatis, rubescensibus.

Floribus verticillatis.

4. *Mentha verticillata.*

Caulis pedalis, procumbens, ramosissimus, hirsutus. Folia ovato-lanceolata, hirsuta, dentata, ferrata. Verticilli foliis breviores, denti, hirsuti. Corolla subæruleæ, stamna in flore latentia.

Mentha arvensis L. communis in arvis prope Grodnam, florens augusto, perennis, Lugdunea.

Oj. *Mentha aromatica*, amaricantes : utiles invenimus in suppressione menstruarum, in chlorosi, in colicis a flatu, in affectione hysterica. Adjuvans utile in omnibus morbis cum debilitate, cachexia, paralyssi, &c. avide has herbas comedunt pecora, præfertim oves. Pulvis aut infuso præscribuntur.

C O R O L L A B R E V I.

5. *Trixago punctata.*

Caulis debilis, vix pedalis, ramosus, hirsutus. Folia

86 COROLLÆ UNIPETALE

data, obtusa, crenata, vix hirta. Verticilli sexfiori; calyces hirti, sessiles; segmentis fere æqualibus, mucronatis; corolla carnea, vix labiata, calyx vix longior; galea integerrima; barba trifida; intermedio segmento latiore, integerrimo, purpurascente, punctato, *Stachys arvensis* L. sat frequens prope Grodnam; Lugdunæ, montana.

STAMINA QUATUOR.

COROLLÆ BILABIATAE, GALEA EMARGINATA,
AUT BIFIDA.

Spicis bracteatis.

6. *Origanum purpurascens.*

Caulis ramosus, bipedalis, teres, rubescens, villosus. Folia integerrima, villosa, ovata. Spica subrotunda, panniculata, conglomerata: intermixta bracteis rubescientibus, ovatis, calycibus longioribus. Corolla carnea, tubus brevis, galea erecta, barba trifida: segmento intermedio integro, angusto, paulo longiore; omnibus subrotundis. Faux calycis villis clausa; flamma corolla longiora.


Origanum vulgare L. variat flore albo, spicis subrotundis aut quadratis. Florens julio, communis in omnibus silvis prope Grodnam, perennis, Lugdunæ. Aromaticæ, acris. Obj. Herba lanas colore purpurascente induit; theæ succidaneum; ut citius inebriet additur cerevisia; in dolium suspenditur, ne facile acepscat.

Planta amaricans, subacris, aromaticæ. Utilis in tussi catharrali, asthmate pituitoso, in chlorosi chronicâ cum tono debilitato, œdemata; sublevat phthisicos expectorationem adjuvando; cataplasma foliorum in rheumatismo chronicâ utilissimum adjuvans: sudores copiosos elicet.


17

Thymus SERPILLVM ή μικρορεανθολόβικορρέπες

P. 87. N. 7.



P. 87. N. 8.
TRAGORIGANVN OPENIPPETTES



Thymus acinos . L.

FIGURAE.

Calycibus villis clausis.

7. *Thymus repens.*

Caules procumbentes, ramosi, sublignosi, vix palmares. Folia petiolata, ovata, obtusa, integra, basi ciliata. Pedunculi uniflori. Verticilli approximati, capitati, terminantes. Corolla rubra, galea subconvexa, integra aut emarginata; barba vix brevior galea, trifida: omnibus segmentis integris, subaequalibus. Stamina corolla paulo longiora. Faux calycis bilabiati villis clausa.

Thymus serpyllum L. communis in pacuis & juxta vias prope Grodnam: florens maio, perennis. Lugdunea. Sequentes inveniuntur varietates in arvis Grodnensisibus:

1. *Thymus major*, caulis pedalibus, foliis majoribus, ramis eretis;
2. *Thymus minor*, corollis albis;
3. *Thymus minor*, corollis carneis;
4. *Thymus foliis rubescitibus*. Non semper folia sunt basi ciliata.

Olf. Aromatica, subacida, oleosa, acris; laudatur in morbis nervorum, in spasmis, in anorexia a crapula, sicut anodyna in scorbuto, colica, paralysi, chloresi, singultu.

8. *Acinos clinopodii facie.*

Caules vix ramosi, rigidi, palmares & pedales, erecti, aut basi procumbentes. Folia brevi-petiolata, ovato-acuminata, denticulata, serratulis raris, saepe vix apparentibus. Foliola minora axillaria. Verticilli sex, septem, octoflori, ab imo ad summum dispersi. Pedunculi uniflori; calyx ventricosus, bilabiatus, hirsutus, striatus: labio uno bidentato, altero trifido, dente intermedio latiore; corolla parva, cærulea: labium inferius maculis albis pictum, segmento intermedio emarginato, latiore.

88 COROLLA UNIFETALE

Thymus Acinos L. communis in arvis, prope Grodnam.
Florens junio. Lugdunea.

Bračeis fetaceis.

9. *Clinopodium origani facie.*

Caulis bipedalis, erectus, villosus. Folia ovato-elongata, raris dentibus ferrata, villosa, albescentia. Verticilli globosi, multiflori usque ad quadraginta, hirsuti; extremo caulem terminante: setæ ad originem cuiusque pedunculi multiflori. Calyx bilabiatus, hirsutus, dentibus duobus longioribus. Tubus corollæ rubra longus; faux villis albis ornata; galea brevis, fornicata; emarginata; barba trifida, segmento intermedio, emarginato. Florens a julio ad augustum. Communis in silvis, prope Grodnam, perennis. Aromatica: est clinopodium vulgare Linnaei. Lugdunea.

COROLLA MAXIMA.

10. *Melittis melissæ folio.*

Caulis pedalis, erectus, raro ramosus: ramis foliaceis ex axillis foliorum inferiorum. Folia magna, ovato-rotunda, crenata: crenulis villosis; superiora ovato-acuminata; omnia basi integerrima. Flores pedunculati, quatuor, quinque aut sex, ex axillis foliorum intermediorum uno versu subnantes: parte supera caulis, foliis tantum ornata; calyx campanulatus amplius, bilabiatus; tubus corollæ amplius; galea plana, profunde emarginata; alae undulatæ, dissectæ; barba ampla, cordata; lateribus dissectis, undulatis. Cæterum corolla ex maximis labio superiore, & tubo carnei coloris, barba rubro-lilacea. Antheræ cruciate.

Melitis melissophyllum L. communis in omnibus silvis, prope Grodnam. Florens maio, perennis. Odor levis, non ingratus. Lugdunea,

89 COROLLA ATROPURPUREA

Antheris cruciatis.

11. *Glechoma repens*, var. Major.

Caulis sterilis, procumbens, pér intervalla radiculas emitens; floridus, erectus, simplex, pedalis. Folia longe, petiolata, reniformia, crenata, rugosa; Verticilli ex quatuor aut octo floribus brevi-pedunculatis. Corolla galea revoluta, bifida. Barba tripartita, segmento intermedio latu, emarginato. Stamina brevia in tubo corollæ latenter, antherarum singulum par in formam crucis conspicivens. Glechoma hederacea L. florens aprili, communis in silvis, prope Grodnam, perennis. Lugdunea.

Glechoma repens, var. minor. Frequentius prope Grodnam. Vix palmaris, minus reptans; folia colorata, minora. Lugdunea.

Amaricans, subacris, vix aromaticæ. Infusio non

contennenda in curatione ulcerum, etiam schophulorum; in phthisi lenit anxietates, spuma promovet; solamen, hysteriarum hypochondriacarum. Utilem sapere vidimus in colica spasmodica a flatu. Fasciculus herbarum dolijs immittitur ad depurandam seu clarificandam cerevifam. Hæc planta herbas proximas lente expellit, prætymque energet.

Barba crenata.

12. *Cataria tomentosa*. Olfusq
caulis erectus, ramosus, bipedalis. Folia petiolata, cordata, acuminata, acute ferrata, incana, tomentosa, amara, aromaticæ. Rami axillares, parvis foliis inferius vestiti, verticillis florum spicatis terminati. Stipula angusta, setacea. Flores pedunculati: corollæ subcarnei coloris; galea erecta, cordata; barba maculæ rubris notata, crenata; faux margine-reflexo; stamina approximata.

90 C O R O L L E U N I F E T A L M

Nepeta cataria L. communis prope Grodnam, florens
julio, perennis. Lugdunæ.

Obs. Odor herbae penetrans; folia amara. Pulvis jure lardatur, in chlorosi, hysteria, anorexia utilissimus. Felis super hanc plantam cum furore se volant, emituntque saepe saepius urinam. Infusio utilissima in ulceribus; cito putredinem arcet.

Tubo corollæ inflato.

13. *Dracocephalum angustifolium.*

Caulis pedalis & cubitalis. Folia subfessilia, angusta, lanceolata, nervosa, integerrima, contrafacta. Ramæ foliosæ, axillares: foliis linearibus. Spica compacta terminans caulem. Corollæ saturato-cæruleæ, unciales, tubo albo, supra Zubum inflatæ; galea fornicata, emarginata; barba punctis nigrescentibus maculata, emarginata, crenata; ale ovata; bractæ ovato-lanceolatae. *Dracocephalum ruischiana* L. communis prope Grodnam, in omnibus silvis juxta Niemen, florens junio, perennis, Delphinialis.

Dracocephalum angustifolium var. *foliis linearibus.*

Caulis semipedalis saturate violaceus, tenuior. Folia breviora; caulinæ vix unius lineæ lata, minora, seu ramorum axillarium setacea. Spica terminalis; calyx saturate violacei, & bractæ similis coloris; corolla paulo minores, violacea.

Etiam communis in marginibus silvarum, florens junio, perennis. In plurimis speciminiibus spica non est compacta, sed verticilli inferiores ab aliis quatuor linearum remoti.

14. *Moldavica suaveolens.*

Caulis pedalis, a basi ramosus. Folia petiolata, ovali-lanceolata, seu lingulata, ferrata: ferratus magis

92 COROLLÆ UNIPETALÆ

Stachys palustris L. *communis* in aquosis, prope Grodnam
juxta Niemen, Lofosna, & alibi, florens julio; pe-
rennis. Lugdunea.

Planta amara, fœtidæ, vulneraria; Radicēs medulla non
ingrata plenās sues, effodiendo terram, sedulo quarant
& avide devorant.

Obs. *Stachys hirsuta*. Ex radice crassa, sublignosa; plu-
rimi caules simplices, erecti, longitudine duodecim pol-
licum, hirsuti. Folia lanceolato-ovata, crenata, hi-
suta, nervosa; inferiora petiolata, superiora sessilia.
Verticilli multiflori a decem ad duodecim flores. Bracteæ
lanceolatae, hirsutæ, hispidæ. Calyx quinquefidæ;
segmentis acutis, hispidis; corollæ labium superius for-
nicatum, emarginatum, subvillosum basi, juxta linea
purpureo-violacea tinctum: cæterum, corolla luteo-
albescens: labium inferius trifidum, alis brevissimi,
segmento intermedio fistulo, cordato, guttis sanguinis
minimis ad fauces & inter alas maculatum; staminæ
filamenta maculis violaceis tincta; antheræ filo irritate
projiciunt magnam quantitatem pollinis. Odor flora-
suavis. Florebat 15 junii. Communis in arvis, prop
Grodnam. An betonica Halleri hist. n. 262?


Folis trinerviis.

17. Sideritis trinervia.

Caulis eretus, ramosus, pedalis. Folia inferiora longi-
petiolata, ovata, crenata: caulinæ ovato-lanceolatae,
trinervia, levia: omnia glabra. Verticilli quinque-
florii. Bracteæ obtusæ. Calyx bilabiatus; corolla
galea lutescens, erecta, undulata, bifida; barba in ore
maculata, pallide sulphurea; medio segmento ampli-
ferrato, bifido.

Stachys annua L. *Grodnensis*, florens septembri: Lip-
Lugdunea.

Galeopis LADANVM ALPINVM λακανθολιον
L.
P. 93, N. 20.



PL. 93. FIGURAT. 20. 93

Fauce maculata.

18. *Sideritis maculata.*
Caulis cubitalis, basi decumbens. Folia crenata, ovato-cordata, hirsuta. Verticilli subspicati; bracteæ ovato-lanceolatæ, aristatae, integerrimæ. Calyx campanulus, bilabiatus; corolla pallide sulphurea: galea subrecta, angustata, plicata, incisa, trifida, villosa; faus striatæ maculata; alia lanceolatæ, barba non serrata. Rachis recta. L. frequens in arvis, Grodnensis. Flores aromatici. Florens iulio. Lugdunea.

Spica densa, brevi, terminali.

19. *Betonica purpurea.*

Caulis cubitalis, erectus, simplex; sub spica, maxima parte nudus. Folia petiolata; una cordata; superiora ovata, crenata; suprema sessilia. Flores spicati, spica interrupta. Verticilli densi. Bracteæ ovato-lanceolatae, floribus breviorres. Calyx aristatus, tubo cylindrico: galea corollæ ascendens, planifascia; barba emarginata; corollæ purpureæ, tubis villosis. Betonica officinalis. L. communis in silvis prope Grodnam, florens iulio, perennans. Radix crassis, amara. Herba legitima aromatica. Lugdunea.

Faue corolla dentata.

Internotitis caulis æqualibus.

20. *Ladanum purpureum.*
Caulis pedalis, ramosus. Folia hirsuta, angusta, longa; rarer ferrata. Verticilli denti: omnes remoti; interiodii caulis æquales. Calyx campaniformis, segmentis æqualibus, aristatis: corolla purpurea, fauce biden-

94 COROLLE UNIPE TAL

tata : tubo longo : galeæ fornix villosa , ferrata , tr. dentata ; barba ampla ; segmentis ferratis , lateralibus quadratis , medio emarginato , vénis albis & purpureis pecto.

Communis in arvis; prope Grodnam , florens junio. Annua.

21. *Ladanum luteum.*

Facies præcedentis ; differt foliis latioribus , mollioribus, sericeis ; verticillis propriis confertis , calycibus magis hirsutis ; corollis ocreoleucus ; faucibus flavis.

Est ladanum segetum flore latiori Rivini , tab. 24.

Etiam frequens in arvis prope Grodnam , florens junio.

Utraque galeopsis *Ladanum L. Lugduneæ.*

Ramis tumidis.

22. *Tetrahit purpurascens.*

Caulis ramosus , erector , bipedalis : rami sub verticillis foliis tumidi. Folia petiolata , dura , ovato-lanceolata ferrata. Verticilli densi , sessiles : summi subcontigui aristæ calycis longiores ; corolla calyce duplo longior sauce bidentata : galea purpurea ; fauex luteo-purpurea & segmentum intermedium coloris rubri.

Galeopsis tetrahit L. communis ita silvis ; prope Grodnam

Florens junio. Lugdunea.

Flore luteo purpureo.

23. *Tetrahit grandiflorum.*

Caulis tripedalis , folia præcedentis. Calyx brevior , magis campanulatus. Flos calyce quadruplo major , falcuncialis , colore luteo ; medio segmento labii inferioris purpureo.

Communis prope Grodnam , in arvis cultis , florens junio est galeopsis 269. Halleri hist.

LAMIVM ὄρεοιλικωτέρορρεπτές

C. M.

P. 95. N. 24



Galeopsis
galeobdolon. L.

FICURATE

93

Flore luteo.

24. *Galeobdolon luteum.*

pilis pedalis , debilis . Folia cordata , ovata , petiolata ;
pilis brevissimis aspera , saepe subtus maculis ferrugineis
tauta ; inferiora obtusa ; superiora acumine elongato .
Floris verticillati : quatuor , sex aut plures in verticillo .
Involucrum ex quatuor folioliis setaceis . Corolla lutea ,
fauce non dentata , lineis saturationis coloris variegata :
gala villosa , sicut in cardiaca . Tria segmenta barba
acuminata , intermedio longiore .
Galeopsis galeobdolon L. florens maio in silvis prope
Grodnam , communis , perennis . Lugdunæ .

Antheræ granulofæ .

Foliis trilobatis .

Cardiaca trilobata .

foliis tripedalis , ramosissimus ; ramis longis , erectis .
Folia petiolata , rugosa , tripartita , lobis exterioribus
majoribus , semibifidis , dentatis : medio lobo minori ,
semirufido . Verticilli densi , sessiles in ramis superioribus .
Corolla pallide purpurea ; galea cava ; villosa ; barba
trifida , alba , vel flavescens , maculis purpureis tincta ;
Segmento intermedio longiore , angusto . Antheræ glan-
dulæ nitidis asperæ .

Conurus cardiaca L. in hortis & ruderibus , communis
prope Grodnam , florens julio , perennis . Lugdunæ .

Ob . Sapor & odor vix promittunt vires medicas : frustra
tentavimus infusionem cardiacæ in hypochondriâ , hysteria ,

Foliis quinquelobatis .

16. Cardiaca quinquelobata .

Folia bipedalis , & brevior , hirsutus , crassus , ramosus .

Folia petiolata; inferiora & caulina subpeltata, in quinque lobis profunde incisa, rotunda, quoque lobo interius inciso & dentato, superne viridi-margrescentia, inferne albescentia, villoso brevissimo. Folia floralia triloba; caulea neiformia, lanceolata; lobis dentatis. Flores verticillati, sessiles, dense congesti, parvi. Calyces hirsuti. Corolla carneae, villosa; galea fornicate; barba villosa, purpureis nitida; antherae magnae, antice lutescunt; tuba longa, porrecta punctis nitidis perlucidis aspera.

Florens iulio, communis inter ruderam Grodnam, inter leonurum tartaricum & marubiastrum L.

Folii glabri.

27. Cardiaca glabra.

Caulis quatuorpedalis, angulis rotundatis, glaber, laevigatus, viridis. Folia late viridia, subglabra, seu vix hirsuta, petiolata: petiolis aequaliter foliolis, trilobata, late viridia, lobis longissimi lanceolatis, intermedio bidentato; latis rariibus integrerimis, falcatis. Calyces glabri. Corolla carneae, villosae, brevioribus pilis; barba saturata purpurea. Inter ruderam prope Grodnam, florens octobri. Mihi nova species; ultraeius illustranda, utq. adhuc non possum. Inter Sibericas quas mihi misit clariss. Patrinii, simile specimen invenio, sicut et aliis obserui.

Fauce margine dentata.

Corolla lapis superius, integrum, fornicate; labium inferius bilobum, fauce utrinque margine dentata. *Lamia* Linnaei.

Flore albo.

28. Lamium album L.

Caulis pedalis, hirsutus. Folia petiolata, cordata, oblongo-acuminata, ferrata, hirsuta, flores verticillati, duodecim

ad viginti; corolla alba; fauce macula sublutea, viridi, notata; fornix villosa.

Florens maio, in arvis cultis, prope Grodnam: annua. Lugdunæ.

Obs. Herba subscotida: flores satui, vix astringentes; at tamen horum infusio non inutilis in chlorosi; clinici saepe praescribunt contra fluorem album; nos saepe in tali cau suasi mus nullo moderamine fluxus observato, suspiccamur hanc proprietatem turpem sequelam doctrinæ signaturarum.

Flore rubro foetens.

29. Lamium foetidum.

Caulis palmaris, majori parte nudus. Folia cordata, obtusa, petiolata, cum floribus summitatem caulis vestientia. Corolla purpurea; fauce & barba maculatis: labii inferiores segmentum intermedium cordatum, reflexum: alas acute dentata.

Lamium purpureum L. primo vere florens, saepe martio. Communis in arvis cultis, prope Grodnam. Annua. Lugdunæ.

Folii amplexicaulibus.

30. Lamium amplexicaule L.

Caulis vix erectus. Folia inferiora petiolata, subrotunda, crenata, parva; superiora latiora, sessilia, amplexicaulia, obtusa, crenata. Flores sessiles, decem aut duodecim in quoque verticillo: corolla tubus longus, gracilis, vix sub fauce tumescens; fornix villosa; segmentum labii inferioris intermedium bifidum; maculæ purpureæ & albæ pictæ.

Communis prope Grodnam, in arvis, florens aperte: annua. Lugdunæ.

*Calice decem - striato.**Foliis tomentosis.*31. *Marrubium album.*

Caulis ex una radice plurimi, cubitales, erecti, cinerei, villoso. Folia rugosa, cinerea, villosa, inaequaliter serrata, ovata. Verticilli densissimi, sessiles, lanuginosi, remoti. Calyx villosus, decemstriatus; dentibus quinque majoribus, quinque brevioribus, recurvis. Corolla parva, albæ; labium superius erectum, bifidum, lineare; barba emarginata, ferrata.

Marrubium vulgare L. communis inter rudera urbis Grodnæ, & alibi, diu florens usque ad finem augusti a prima junii. Herba aromatica, oleosa, amara. Lugdunæ. Obs. Herba graveolens, amariuscula. Infusio praefians in curatione asthmatis humoralis, leucorrhœæ, tuisis catarrhalis; in phthisi sustinet vires sputaque elicit. Censis experimentis salivationis pessimos effectus tollit, hunc que fluxum à mercurio excitatum minuit.

*Foliis subglabris.*32. *Ballota nigra L.*

Caulis erectus, ramosus, tripedalis, hirsutus. Folia longe petiolata, cordata, ovata, subvillosa, dentata, nigrentia, dentibus latis spina brevissima terminatis. Rami oppositi, axillares, foliosi, & floriferi longitudine foliorum. Verticilli approximati, ultimo terminante; corollæ albo-rubescentes: fornix villosa, crenata; alae integræ, angustæ, obtusa; barba plicata, cordata, segmentis emarginatis, venis albis picta: dentes quinque calycis decemstriati, subspinosi.

Florens julio, communis prope Grodnam inter rudera perennis. Lugdunæ.

Obs. Herba subfoetida; in hysterica affectione non invita adjuvans.

*Filamenta bifurcata.**Floribus parvis.*33. *Prunella parviflora.*

Caulis semipedalis, ramosus. Folia petiolata, ovato-lanceolata, obtusa, dentata, dentibus paucis, remota. Rami axillares, foliosi, curvi, raro spica florente ornati. Flores spicati: spica foliis subiectis breviore; verticilli sexflori, sessiles; bractææ duæ sub quoque verticillo, ovatae, acuminatae, nervosæ, ciliatae, apice recurvo. Calyces hirsuti, nigro-rubri, labiatæ: galea corollæ cæruleo-violacea, fornicata, fornice extus inversa; barba trifida, segmento intermedio cochleatim excavato, crenato. Filamenta bisulca: altero apice antheriferæ.

Prunella vulgaris L. communis prope Grodnam in silvis & paucis florens a junio ad augustum, perennis. Lugdunæ. Sequentes inventimus varietates.

1°. *Prunella minor.* Caulis vix triuncialis, simplex. Folia inferiora obtusa, linguiformia, nullo modo dentata; caulina duo pâria, lanceolata, integræ, hirsuta. Spica florum foliis subiectis longior, multiflora; corollæ faturato-cæruleæ.

Florens agosto prope Grodnam, in silva Wulmeri.

2°. *Prunella foliis intermediis laciniatis.*

3°. *Prunella caule & foliis hirsutis.*

4°. *Prunella flore rubro.*

5°. *prunella flore albo.*

Sar frequentes præter ultimam in silvis, prope Grodnam.

Obs. Herba subastrigens. Illius decoctum in angina catarrhalis, sub forma gargarismatis, non contemnendum auxilium; vis vulneraria vana: qua vulnera hac herba applicata fuerunt sanata, vi naturæ cicatricem obtinuerunt,

102 COROLLE UNIPETALÆ

Spicis longis, strictis; corolla vix irregulari-

38. *Verbena spicata.*

Caulis erectus, rigidus, cubitalis. **Folia** rugosa, multifida, laciniata, pleraque tripartita: lobo intermedio trifido, unde quasi semipinnata; superiora simplicia. **Flores** spicati: spicis longis, laxis, panniculatis. **Calyx** longus. **Corolla** rubra, cærulea, tubulosa: segmentis quinque, ovatis, æqualibus, duobus paulo superioribus. **Stamina** quatuor in tubo corolla latentia. **Semina** rugosa quatuor, in calyce clausa, nidulata, sicut in capula. *Verbena officinalis* L. rara in Lithuania, in districtu Brescieni & prope Novogrodok.

Communis circa Varsaviam, florens julio, augusto, perennis. *Lugdunea.*

Obs. Herba subinsipida, inodora. Decoctum in ophthalmia chronica a ferosa colluvie utile: contra contusiones certe inutile auxilium.

Unipetalæ figuratae, unilabiatae.

Stolonifera.

39. *Bugula reptans.*

Caulis semipedalis, erectus, glaber; ex basi caules procumbentes seu flagelliformes, reptantes. **Folia** inferiora petiolata, ovata, crenata; caulina sessilia, obverse ovata, crenata. **Flores** spicati; spica densa, crassa; bracteis interpositis maximis. **Corollæ** cæruleæ labium superius minimum. **Stamina** longiora.

Communis prope Grodnam, florens aprilii, maii; perennis. Variat floribus albis & purpureis. Est *ajuga reptans* L. *Lugdunea.*

Bugula reptans var. *Spica interrupta.*

BVGVL A ὄρειμοντο λύκανος ἀνθοκάνεος

P. 103. N. 40.



FIGURATE.

103

Folia caulinæ angustiora, quasi cuneiformia, dentato-fer-
rata. Florum verticilli omnes, pollicari intervallo re-
moti, præsertim inferiores. Caulis altior, debilior.
Grodnensis, in arvis, florens junio.

Ob. Herba amara, subastrigens. Vis vulneraria decocti
michi videtur dubia. Centum & ultra vulnera tracta-
vimus cum hac planta non citius sanata aliis similibus
energiæ naturæ prorsus derelicta.

Caule recto.

40. *Bugula pyramidalis.*

Habitus reptantis; foliones nulli. Folia hirsuta, villosa,
angulo dentata; dentibus magnis. Bractæ dentatæ;
labium corollæ brevius; corolla cœrulea.

Ajuga pyramidalis, L. florens maio, communis prope
Grodnam, in silvis. Variat etiam flore albo. Lugdunæ.

Bugula pyramidalis var. *Major*, spica interrupta.

Caulis bipedalis, basi fere glaber; folia inferiora minora;
dentata; intermedia majora; florum verticilli omnes
inter se remoti; corollæ cœruleæ.

In silvis prope Grodnam, florens junio.

Caule triunciali.

41. *Bugula nana.*
Caulis erectus, simplex, tomentosus, vix triuncialis. Folia
inferiora ovata, sessilia, integerrima; intermedia ovato-
lanceolata, dentata; dentibus raris, subhirsuta. Bractæ
lanceolatae, virides, dentatæ. Flores tres tantum remoti
in summitate caulis; corollæ cœruleæ, magnæ.
Grodnensis, florens junio, in arvis. Videtur filia pyramidalis.

Caule villoso.

42. *Bugula tomentosa.*
Habitus pyramidalis. Caulis tenuior, albo tomento vesti-

G 4

104 COROLLE UNI PETALÆ, &c.
tus. Folia rotundiora, dentibus majoribus hirsuta; ca-
lyces hirsuti; corolla rubræ.
Est ajuga Genevensis L. communis in silvis prope Grodnam,
florens julio. Vix sat differt a pyramidali. Lugdunæ.

Allium redolens.

43. *Scordium alliaceum.*

Caulis decumbens, ramosus, ramis suberectis. Folia sessilis, ovato-lanceolata, ferrata, molia, hirsuta, amara. Flores brevi pedunculo, axillares, plerumque duo. Corolla cæruleo-rubescens; galea nulla; alæ binæ; barba ampla, ferrata.

Teucrium Scordium L. florens julio, perennis; rara circa Grodnam, in aquosis locis dictis Lipsk. Allii odorem spargit. Lugdunæ.

Obf. Amara, subacris, allium redolens; pretiosissima ad arcendam purredinem in ulceribus. Jure laudata in gangraena: certe inimica lumbricorum; in febribus intermittentibus, remittentibus, numerosis nostris periculis adjuvans pretiosum.

Teucrium chamaedrys passim reperitur circa Varsaviam, Caulis procumbens per totam longitudinem, florens; folia ovato-elliptica, pilosa, inciso-crenata. Verticilli triflori: corolla purpurea.

Communis prope Lugdunum; florens iugno; perennis.

Aromatica, amara; in anorexia pituitosa, cachexia, chlorosi, febribus intermittentibus utilis.

**COROLLAÆ
UNI PETALÆ.**
SIMPLICES, INVOLUTÆ, FIGURATÆ.

Stamina duo, tria aut quatuor inæqualia.

FASCICULUS II.

SEMINA IN CAPSULIS CLUSA.

Stamina duo.

VERONICA LINNÆI.

Alyx quadripartitus, foliolis duobus majoribus. Corolla quadrifida, rotata; lacinia una minore. Capsula bilocularis, cordata. Folia inferiora in plerisque opposita, superiora alterna. Bractæ lineares ad bases penduculorum.

Flores spicati.

Folitis verticillatis.

44. *Veronica verticillata.*

Caulis tripedalis, erectus; simplex. Tria folia ovato-lanceolata, inæqualiter ferrata, ad nodos verticillatim disposita, petiolata: petioli uniti basi, caulem coronantes. Spicæ florum plures, terminantes, plerumque tres, una longior intermedia, quinque pollicum longitudine. Flores innumeri; calyx parvus, segmentis æqualibus angustis;

106. COROLLÆ UNIPETALÆ

corollæ cæruleæ, diametri quinque linearum; anthers elongatæ; stamina corolla longiora.

Florens diu, augusto; communis in omnibus silvis, prope Grodnam: perennis.

45. *Veronica verticillata* var.

Quadrifolia, latifolia.

Caulis quadripedalis, rubro-nigrescens a basi ad summum

Quatuor folia petiolata, petiolis uncialibus, verticillatim disposita, cordato-ovato-lanceolata, inaequale, ferrato-dentata; latitudine quatuordecim linearum longitudine quatuor pollicum; dentibus magnis, duabus ferratulis incisis. Racemi foliorum minimorum axillares.

Flores spicati: spicæ novem; quatuor ex penultimis foliis verticillo, quatuor aliae ex ultimo; duo per remota foliorum lanceolatorum in scapo spica: spicæ impar longior, crassior. Corollæ magna, carmine.

Obs. Certas inter Sibericam & Virginianam, Phasis Virginianæ Linnæana rigorose convenit nostræ: attaque credo diversam. Erit-ne simplex varietas maritima? Tunc Siberica, Virginiana & Spuria ad eamdem speciem pari jure revocandæ. In horto introducta portem luxuriat: tunc folia septena majora, spicæ longiora, caulis sexpedalis.

Florens julio, in silvis prope Grodnam, juxta fluvium Niemen: perennis.

46. *Veronica verticillata* var. *Foliis binis & ternis, villosa.*

Facies maritimæ, caulis villosus, tripedalis. Folia plurimi petiolata, per paria disposita; raris dentibus simplicibus obliquis incisa, basi acuminata, producta in petiolo laterali utroque latere excavato, sectione semicircu-

107. *VERONICA* FIGURATAE.

Spicæ breviores, tenuiores, quinque terminantes. Corollæ albescentes.

Florens julio, in silvis prope Grodnam, Lofosna: perennis.

47. *Veronica verticillata* var. *Angustifolia.*

Caulis tripedalis, folia tria petiolata ad nodos angusta, lanceolata, ferrata; ferratulis subæqualibus minimis, albescientia, quinque linearum basi lata, quatuor pollicum longa. Spicæ terminantes novem, impari duplo longiori. Folia nulla ad basim scaporum spicarum, seu spicæ laterales octo: non sunt axillares.

Obs. Lente caules & folia observata exhibent glandulas albescentes, densas, villis terminatas. Corolla, relative ad plantam, major quam in præcedentibus. Difficile est si statuere an sit simplex varietas maritima, aut species distincta. Linnæus ipsem dubia non tollit, statuendo characteres specificos. Accedit ad spuriam Linnæi.

Florens julio, circa Grodnam, in silvis Bobrowszczyzna, perennis.

*Foliis oppositis.*48. *Veronica oppositifolia.*

Caulis simplex, erectus, semipedalis, lanuginosus. Folia dura, sicca, subhirsuta; inferiora petiolata, ovata, sex linearum lata; superiora angustiora, alterna: omnia crenato-ferrata. Spica una terminans caulem, densa. Segmenta calycis linearia, acuta, hirsuta. Corollæ cæruleo-violaceæ: segmentis acuminatis.

Veronica spicata L. Communis prope Grodnam, in arvis, florens julio, perennis, Lugdunea.

49. *Veronica spicata* var. *spica prolifera.*

Folia radicalia duo, petiolata, majora quam in præcedenti, vere crenata, linguiformia, obtusa: crenulis ciliis crebrioribus onustis. Caulis vix triuncialis, spica composita

108 COROLLE UNIPETALE

terminatus. Inferior spica fructifera, quadriuncialis; apice illius duæ spicæ ejusdem longitudinis, florentes. Florens julio, in arvis prope Grodnam.

50. *Veronica spicata major.*

Caulis bipedalis, erectus, nigrescens, subvillosum. Folia opposita, per paria remota; inferiora petiolata, latè petiolo basi caulem amplectentia, lanceolata, sex linearum lata, octodecim longa, præter petiolum sex-linearē, crenata, ferrata, crenulis inæqualibus, frequenter obtusa, basi in petiolum decurrente; intermedia & superiora sessilia, basi angustiora: omnia hirsuta, scabra. Flores inferiores axillares, alterni, quatuor aut quinque a spica remoti. Spica una dense, triuncialis, terminans caulem. Flores sessiles; calyx segmenta æqualia, hirsuta, angusta. Bractæ lineares, hirsutæ. Corollæ cæruleæ.

Obs. Certe phrasæ & descriptioni hybrida Linnæi convenienter nostra altior: nullam vidi figuram quæ bene illa exprimat.

Florens julio in silvis, prope Grodnam, perennis, Lofot.

51. *Veronica spicata var. Major* foliis oppositis, ternis & alternis.

Radix lignosa, nodosa. Caulis sesquipedalis. Folia plerumque alterna, inferiora tantum opposita, basi angustiora; intermedia terna ad nodos: omnia lanceolata, ferrata, aspera. Spica una terminans caulem, longior. Corolla cærulea.

Florens julio, in silva Wulmeri prope Grodnam.

Obs. Facies præcedentis, unde sola varietas; sed singularis: ex qua concludendum quali fragili fundamento plerique spicatae distinguuntur.

109 FIGURATE

*Foliis lanceolato longis.*52. *Veronica longifolia L.*

Caulis sesquipedalis, rotundus, rubore vino albescente tenuis. Folia opposta, petiolo semipollicari prædicta: inferiora ovato-lanceolata, unius pollicis lata, triunc longa, acuminata, basi in petiolo prolongata, per paria ascendendo sensim angustiora: inde superiora lanceolata; floralia linearia; omnia ferrata, saturate viridia; ex axillis duorum aut trium ultimorum parium, quatuor aut sex spicæ florales, longitudine duorum pollicum: spica major & crassior terminat caulem, in axillis soliorum inferiorum. Racemi breves, foliosi. Calyx hirsutus. Corolla magna quinque linearum diametri, plerumque carnea.

Obs. Bractæ, & pedunculi spicarum & pedicilli tomento denso albo onus, lente crystallina in foliis & caule observantur brevissimi & densi pili albi: glandulæ subfinitentes pilos distinguuntur tantum in caule.

Sat frequens in silvis prope Grodnam, juxta Niemen, florens julio.

*Foliis incanis.*53. *Veronica incana L.*

Caulis erectus, villoso-hirsutus, albescens, rotundus, octopollucaris, simplex. Folia inferiora petiolata, opposita, lanceolata, in petiolorum media parte decurrentia, crenata, obtusa, hirsuto-villosa, marginibus, & lamina inferiori albescente. Folia caulina intermedia, sessilia, obverse lanceolata, ad basim petioli decurrentia, apice obtusiora; ceterum radicalibus similia, rarius crenata: superiora folia angustiora, integerrima. Flores spicati, spica terminali quatuor pollicum longa, flores brevissimis pedunculis alterni, subremoti, seu non dense congesti. Bractæ hirsuta linear-lanceolatae. Calyx hirsuto-villosus; corolla

510 COROLLÆ UNIPETALÆ.

cæruleæ ; tubus brevis , inflatus ; laciniæ lineares ; flamina longa ; antheræ magnæ , ex duobus folliculis separabilibus, albo-cæruleæ.

Obs. Quando cum specimine Siberico nostram connolumus , supervenit dubium : nostra enim minus incana appareat ; sed notula Linnæi dissipavit citò anxietatem. Dixit enim : hæc in cultis deponit albedinem tomenti , minusque tomentosa fit. Hort. Ups. 17. Quæ observatio evidenter evadit assertione perspicacis Gmelini : Caulis , inquit , & folia semper lanuginosa , colore nunc magis in album , nunc magis in viridem vergente. Flor. Siber. tom. III. pag. 220.

Florens augusto in silva prædii Brigittarum Kochanow , prope Grodnam ; perennis.

Animadv. Ante plenariam evolutionem floris , corollæ videtur plena propter antheras approximatas , & convolutio nem flaminum. Cæterum collata Veronica incana cum spicata , maxima inter utramque habitus adest analogia.

*Foliis cordato-ovatis.*54. *Veronica galeopsis* folio.

Caulis erectus , curvus , cinerecens , tenuis , splendens , tripedalis , simplex . Folia inferiora , & intermedia opposita , remota ; petiolata , petiolis semiuncialibus , cænæciliatis , subcordato - ovato - elongata , acuminata , inæqualiter ferrata , ferratulus acumine terminatus , latæ viridia , latitudine pollicis unius , longitudine duorum , decem linearum , basi folii in petiolum decurrentes , superiora lanceolata , angustiora . Bractæ lineares , breves . Flores spicato-racemosi , seu pedicillis duorum linearum longis alterni distincti , seu spica rara , una terminali , brevi , vix duorum pollicum longa . Capsula saepe trifidus . Corolla plerumque trifida , tubo longitudine segmentorum ; flamina tria longissima , duplo corolla-

PLATEA FIGURATÆ. 511

longiora ; antheræ albæ , didymæ , post pollinis fecundationem fulvæ ; stilos staminibus longior ; nulli racemi foliosi ex axillis foliorum . Capsula cordata , emarginata . Florens augusto , in silva prædii Brigittarum Kochanow : perennis.

55. *Veronica galeopsis* folio var. *spicis longissimis.*

In ista , rami foliosi ex axillis foliorum . Spicæ duæ aut tres terminantes , longissimæ , pollicares , tortuosæ , floribus remotis , distinctis . Folia saturatæ viridia , evidentius bafi cordata . Corollæ omnes tetrafidæ .

Florens septembri , in silvis prope Grodnam , juxta Niemen : perennis.

56. *Veronica galeopsis* folio var. *pauciflora.*

Caulis bipedalis , erectus , villosus . Folia petiolata , petiolis brevioribus , villosis , opposita per paria ascendendo , cruciatim disposita , cordato-ovata , acuminata , ferrata , ferratulus inæqualibus , subtus albescentia , pubescentia , supra latè viridia , latitudine ad basim septem linearum , longitudine septemdecim : superiora folia ovato-lanceolata . Racemi breves foliosi , ex axillis foliorum caulis . Racemus terminans caulem brevis , octo linearum , pauciflorus quatuor aut quinque . Bractæ nullæ . Calyx tetraphyllum , foliolis inæqualibus , glabris . Tubus corollæ albescens segmentis longior ; segmenta æqualia , angusta , saturate cærulea . Stamina duo longitudine segmentorum corollæ . Antheræ cæruleæ , maximæ .

Florens septembri in silva prope Grodnam , ultra Niemen fluvium .

Obs. Habitu similiis præcedenti , differt foliis minoribus , evidentius cordatis , hirsutis , racemo brevissimo , brevitate filamentorum . Utriusque conferantur descriptiones .

112 COROLLÆ UNIPETALE

Corymboso - racemosæ.

Foliis parvis, ovatis.

57. *Veronica serpyllifolia L.*

Caules plurimi, quadriunciales, bæsi sæpe procumbentes & radiculas emittentes, inde erecti. Folia per paria, quatuor inferiora brevi-petiolata, intermedia sessilia, ovata, rotundata, integrerrima, aut rariter crenato-ferata, glabra. Flores terminantes racemoso-spicati: spica florali brevi; fructifera, elongata: fructibus remotis. Bractæ ovatæ, lanceolatae, opposita, & alterna. Corolla albo-cæruleæ, parvæ, calycum foliolis breviores, uno segmento cæruleo.

Obs. Specimina frequentiora dant folia quinque linearum latitudine, octo linearum longitudine, sæpe fere rotunda; unde prævenit *Veronica repens nummularia* folio Dillenii. Specimina inveni radice simplici, caule triunciali, simplicissimo, foliis vix duarum linearum longis.

Florens maio prope Grodnam, in herbidis juxta fluvium Niemén; Lugdunea. Etiam vidi florentem junio; vi crederem annuum. Sæpe inveni radices, & bafim cælium sublignosas.

Foliis ovato-lanceolatis.

58. *Veronica spicato-racemosa.*

Radix tenuis, sublignosa, nigrescens, ad nodos remotis radiculas emittens. Caulis semipedalis, tenuis, glaber, erectus, simplicissimus, lutescens. Folia opposita, per paria remota, plerumque tantum quatuor; duo paria inferiora petiolata, ovato-lanceolata, late viridia, plerumque integrerrima, passim raris ferratulis vix vifibibus incisa: duo paria intermedia, sessilia; versus summa

VERONICA ὄρεοφυλλέρπυλλος
serpyllifolia L.

P. 112. N. 57.



tria folia alterna remota, lanceolata, omnia tenera. Flores spicato-racemosi, terminantes caulem; spica biuncialis; pedicelli inferiores & superi brevissimi, intermedii longiores; Bractæ lineares, lanceolatae, hirsutæ, calyce longiores; scapus spicæ hirsutus; calyces breves, hirsuti, foliolis duobus brevioribus; corolla saturate cœrulea, fat magna, tubo albo; stamina longiora; pistillus longissimus.

Df. 2. Folia, lente crystallina observata, exhibent pilos brevissimos, densos, circa margines foliorum. Deme basim & apicem racemi in nostra, habebis rigorose veronicam alpinam Oederi tab. 16. nostra paulo altior & suspicor eamdem solo mutatam, sicut campanulam nostram Thyrsoideam.

Florens octobri in silva dicta Lofosna; Grodnensis.

Caule procumbente.

59. *Veronica repens.*

Caules hirsuti, plurimi, repentes, radiculas ex axillis foliorum producentes; floriferi, erecti. Folia opposita petiolis foliosis, ovata, basi angustiora, integra, reliqua parte ad apicem ferrata hirsuto-villosa, firma, albescens. Spicæ axillares duæ, aut quatuor ex paribus ultinis foliorum. Scapus spicæ villosus, nudus, plerumque folio longior. Flores racemoso-spicati, spica rara, plerumque duorum pollicum longitudine. Scapus, calyx & bractæ hirsutæ. Corolla parva albo-cœrulea.

Df. Innumera hujus speciei specimena examinavi in variis locis collecta. Mirum est quantum facie variat, & præcipuis attributis. Modo nana exurgit, caule simplici vix triunciali; modo pedalis & ultra; modo exhibit caules omnes procumbentes: folia invenio lanceolata, angusta, alia fere rotunda; modo spica scapo brevissimo, modo

Tom. I.

H

114 COROLLÆ UNIPETALÆ

longissimo, plerumque nudo, aliquoties alternis foliis linearibus onuslo; modo tota planta villoso-hirsuta, aliquoties fere glabra, nec minus color corollæ varians; vidi inter nostrates albas, cæruleas, carneas, trifidas, & plenas. Ex hoc exemplo sicut ex plurimis aliis videre est quam fragiles sunt phrasæ characteristicae. Nonne natura sensim, & gradatim transit ex una specie ad alteram? Evidenter hoc assertum confirmatur severa enucleatione veronicarum, galiorum, campanularum, & aliorum plurimorum generum.

Communis prope Grodnam in silvis, florens junio. Est *Veronica Officinalis L.* Lugdunea.

Obs. 2^a. Planta recens, amara, ingratia saporis, astrigens sub recessu. Post annuam dessicationem grata amara, astrigens. A plurimis, ex hypothesi, plurimum laudata, ab aliis nimium neglecta. Certe in diarrœis, & omnibus morbis imi ventris a toni laxitate, egregium auxilium. In asthmate, adjuvans bon contempendum. Nullum tamen posco præservativum contra anorexiā litteratorum. Intus catarrhalī efficax medicamentum. Vis dubia in phthisi, certe nociva, febre lenta stabilita; extus, jure inter bona vulneraria statutum decoctum. Non crederent profus inodorum; inutilis tamen aqua.

Foliis magnis.

60. *Veronica pseudochamædrys Jacquin.*

Caulis simplex, quadripedalis, diametri duarum linearum, rotundus, erectus, cinerecens, lanugine tenui obductus. Folia ad basim duo, brevi-petiolata; omnia alia sessilia, basi cordata, ovata, dentata, ferrata ferratulis profundiis; pagina infera pubescens, supera glabra, nervosa, corrugata, decem linearum lata, quatuordecim longa, obtusa; superiora angustiora, verius ferrata, acuminata.

TEVCRIVM ὄρεανθόλοβυνον 114.N.60.



Veronica

latifolia. L.

Flóres racemofí, racemis palmaribus axillaribus: ex ultimis paribus foliorum racemi duo, aut quatuor. Ultra inflectionem pullulat adhuc caulis, producens duo aut tria foliorum paria; media pars scapi racemorum nuda. Bractæ lineares, hirsute, plerumque pedicilis breviores, Pedicilli capillacei, erecti, hirsuti, sex linearum longi. Calycis segmenta quinque, hirsuta, vix linearia, duo breviora; corolla magna diametri sex linearum, segmentis ovatis acuminatis, saturate cærulea, tubo albo; Antheræ saturate cæruleæ; flamina longitudine corollæ; capsula cordata inflata.

q. Altitudo caulis variat. Sæpe invenimus tripedalem, cubitalem; passim pleræque corollæ quinquefidae observantur: cæterum, qui cum Hallero hanc simplicem varietatem sequentis pronunciaret; plurimos reperiret affellas, sicut parebit conferendo utriusque descriptiones. Crantzius & Jacquinus descripsérunt illam sicut latifoliae varietatem Linnaei, collatis numerosis speciminiis latifoliae, quæ collegi in Pyrenæis, tantam invenio similitudinem, ut statuere possim nostram esse annulüm catenæ inter chamædrim & latifoliæ: sic natura, more pictorum, tali arte omnia ligat nodis intricatis; ut semper difficile erit rigorosos statuere limites variarum specierum.

Veronica pseudochamædrys var. Minor.

maino simili præcedenti, ejusdem crassitudinis, semipendalis. Racemi longitudine caulis. Folia minora sed per se similia. Calyx constanter tetrafidus; corolla etiam saturate cærulea, sex linearum diametri.

ores maio, prope Grodnam, in silva juxta Niemen.

q. Duo, aut quatuor racemi florales ex axillis foliorum superiorum: racemo folioso, sterili, terminante caulem.

Foliis profunde dentatis.

61. *Veronica Chamædrys.*

Facies præcedentis. Caulis semipedalis, villosus. Folia rotundiora dentibus obtusis. Racemus brevior, laxior. Corollæ cæruleæ, saturatioribus lineis pictæ. Bractæ & lacinia calycis latiores.

Florens maio, communis prope Grodnam, in pascuis, pennis.

Obs. Pars superior caulis, & scapi racemorum nivo denso tomento onusti. In aliis speciminiibus caulis cortice nigrescente, raro tomento onusto, tortuosus, basi procumbens. Folia imma, minima, rotunda, petiolata, petiolis quatuor linearum longis, planis. Radix horizontalis, nigrescens, fasciculos radicularum ad nodos remotos producens. Cæterum examinando numerosa specimen, quæ collegi in Lithuania, fateor cum perfidissimo Scopolio, plurimas Linnæanas species mihi inextricabiles. Non video realem differentiam inter Chamædrum & Teucrium: forte sequentes Teucrium, prostratam & pilosam larvatae occultant.

62. *Veronica Chamædrys var. corolla cærulea, magna, lineis violaceis picta.*


Caulis triuncialis basi repens, tenuis, villosus: duo paucis foliorum inferiorum petiolata, rubra, superioribus simili; omnia rotunda, dentata: racemi pauciflori, breves. Aetherae erectæ.

Florens maio, in pascuis prope Grodnam.

63. *Veronica Chamædrys var. Prostrata.*

Radix truncata, innumeras radiculos capillaceas, nigrescentes, emittens. Caules plurimi bi- aut quadriuncis-

TEUCRIVM òPEOPPI^{SC}Y KOU P. 116. N. 61.



Veronica

chamaedrys. L.

Veronica
EVCRIVM. ορεοπολύκαυλον. σλοβίκινον

P. II. N. 63.



pilis longis villosi , procumbentes. Folia inferiora petiolata , intermedia sessilia , ovato-lanceolata , profunde dentata , pagina inferiore & marginibus , densis longisque pilis hirsuta ; racemi foliosi axillares , foliis petiolatis crenatis , racemi floriferi breves : bracteæ hispidæ , lanceolatæ ; pediculi hispidae quatuor linearum longi ; calyces quadrifidi , segmentis lanceolatis , duobus angustioribus ; corollæ albæ.

Florens maio , in pascuis , prope Grodnam.

64. *Veronica Chamædrys* , var. *corollis carneis*.

Caulis triuncialis , villosus. Duo folia inferiora brevi-petiolata , minima , rotunda , crenato-dentata , intermedia lanceolata , sessilia , tam profunde dentata , ut dici possint pinnatifida : pinnulis obliquis. Racemi breves , pauciflori. Corollæ carneæ , lineis rubris pictæ : lacinia una angustiori quam in congeneribus.

Obs. Pili foliorum tam breves ut vix distinguantur.

Florens junio , in pascuis , prope Grodnam.

65. *Veronica Chamædrys* var. *floribus albis*.

Caulis triuncialis , vix villosus. Folia cordata , sessilia , vix villosa , crenato-dentata , dentibus brevissimis. Corolla tota alba.

Florens junio , prope Grodnam.

66. *Veronica Chamædrys* var. *foliis superioribus petiolatis*.

Radix penetrans , bifurcata. Caulis semipedalis , nigrescens , basi nudus. Folia infra recemum floridum sessilia , ovata , obtusa , dentata , dentibus longis ; racemus foliosus , terminans caulem , exhibet quinque folia ovata , fer-

118 COROLLÆ UNIPE TALÆ

rata, petiolata. Racemus floridus ex quinque floribus longe pedicellatis. Capsula plana, cordata, vix emarginata, hirsuta margine. Calycis foliola inæqualia, hirsuta.

Aquaticæ.

Foliis angustis.

67. *Veronica scutellata* L.

Caules pedales plurimi, basi procumbentes, striati, ex axillis radiculas projicientes, graciles. Folia opposita sessilia, remota, angusta, longa, duarum linearum lata, longitudine duorum pollicum, acuminata. Flores racemosi; racemis axillaribus laxis, pedicellis alternis, capituloibus, pendulis. Racemi plerumque foliis longiores. Corolla alba, fere regularis, parva; segmenta calycis linearia; capsula plana, cordata, valde emarginata. Florens junio, communis in aquosis, prope Grodnam, Lugdunea, rarer.

Obs. In axillis foliorum observo fasciculum squamarum linearium, albarum, splendentium, forte folia minima in seculis alterata. Supra enim in proximis axillis erumpunt fasciculi foliorum ejusdem formæ, loco radicum quæ nascuntur ex axillis inferioribus. In hac specie semper extremitas caulis sterilis folia tantum exhibet fasciculatum approximata, angustiora; passim latiora invenio folia, & breviora; modo racemi multiflori, modo vix quaque floribus formati: specimen inveni pedunculo unifloro axillari. In nostris corolla plerumque alba, raro lineis roseis picta, nunquam cœrulea; folia culta evadunt succulenta, falcata.

68. *Veronica scutellata* var. *Nana*, caule ramoso.

Caulis vix quinqueuncialis, basi tres ramos producens,

FIGURATÆ.

119

erectus; folia approximata, racemi foliis breviores: folia inferiora basi attenuata, lanceolata, breviora.

Florens augusto in stagno sicco, prope Grodnam,

Foliis latis.

Caule erecto.

69. *Veronica acutifolia*.

Radix crassa duorum pollicum ad nodos remotos radiculos fasciculatum producens. Caulis bipedalis, fistulosus, ramosissimus, erectus, crassitudine unius pollicis. Folia ovato-lanceolata, vix serrata, crenulata, amplexicaulia, acuta, longitudine trium pollicum, latitudine unius. Racemi axillares, foliis longiores: uno ex quaque axilla. Pedicelli erecti, vix bracteis longiores. Flores approximati, seu fat denso racemo. Corollæ albo-cœruleæ, parvæ, segmento uno angustiori. Capsula cordata, inflatis loculis; semina numerosa.

Veronica anagallis L. florens junio in aquosis, prope Grodnam, communis, perennis. Lugdunea.

Obs. Descripsi hanc speciem juxta specimen in nostris frequenteriora; sed nobis exhibuit numerosas varietates. quod habitum, & præcipua attributa. 1º. Quoad mensuram: inveni quadripedalem ramosissimam, sensimque descendendo ad specimen, vix palmaria, tamen perfecta. 2º. Sæpe folia sunt ferrata, sèpius crenata, aut integrerrima, passim colorata, rubescens. 3º. Nonnulla specimen, omnia folia lanceolata cum racemis ex longis pedicellis nutantibus tenuissimis, sic igitur prope scutellatam attinentia. 4º. Alia erecta amant proferre folia brevia, obtusa. 5º. In nonnullis corollæ magnæ diametri quatuor linearum, segmentis ovatis, in aliis albae, lineis roseis tinctæ. 6º. In majoribus specimenibus ex una bractea sæpe duo nascuntur pedicelli.

H. 4.

*Caule prostrato.*70. *Veronica rotundifolia.*

Habitu convenit cum praecedenti ; sufficienter distinguitur foliis rotundioribus , aut saltem obtusis , caule magis repente , vix pedali , racemis brevioribus , floribus paucioribus , densioribus , corollis majoribus , cæruleis. *Veronica beccabunga* L. In aquosis prope Grodnam , communis , florens maio , perennis. Lugdunea.

Obs. Varietas , major pedalis ; profert folia ferrata ; minor palmaris , facie , vera simia famoli valerandi ; dicitur folia angustiora , obtusa , integerima. Radix funiculiformis , tenuis , stolonifera , saepe quatuor pedum longa , huc illuc caules producens , qui ipsimet basi radiculos parturiunt.

Obs. 2. Herba , amara , succulenta , saponacea . Succus foliorum recentium cum melle in podagra & rheumatismo verno tempore egregium prophylacticum ; saepe solus scorbutum sanavit ; vis vulneraria mihi dubia ; folia contusa valent in inflammationibus externis : aqua diffusilla , inutilis.

*Flores solitarii.**Foliis lobatis.*71. *Veronica hederæfolia* L.

Tres , aut quatuor caules palmates , procumbentes. Folia radicalia duo , longe petiolata , succulenta , ovata , obtusa ; folia inferiora opposita , petiolata , alia cordata , integra , alia trilobata , alia vix tridentata ; superiora alterna , plurima quinquelobata , nonnulla trilobata , intermedio lobo in omnibus majori : omnia subhirsuta . Pedunculi uniflori , foliis longiores , hirsuti. Corolla

albo-rubescens , duobus segmentis angustioribus , minima. Capsula didyma , capsulis rotundis.

Obs. Specimina nostra Gallica majorem exhibit plantam. Color corollæ in Lithuanicis modo albus , modo roseus. Grodnensis , florens april , annua. Lugdunea.

*Pedunculis longis.*72. *Veronica longe pedunculata.*

Caules plurimi ex una radice repentes. Folia opposita , ovato-crenulata ; alia oblonga , alia rotundata ; pedunculi foliis longiores. Flores solitarii : corolla pallide cærulea , tribus segmentis albis , quarto cæruleo. Calyxis segmenta corolla longiora. Capsula rotundata , semina octo.

Figura Oederi 449 , bona , cum charactere exhibit calyxis foliola duo breviora , sicut constanter invenimus. Folia ramorum alterna in plurimis nostris speciminibus observanda. Cæterum multiformis hæc species : modo folia cordata , rotunda , vix crenata ; modo ovata , folio in petiolum producto ; modo folia lingulata , profunde dentata , plerumque floralia angustiora , vix dentata ; modo corolla cærulea , modo albescens.

Veronica agrestis L. communis in agris cultis circa Grodnam , florens april , annua. Lugdunea.

*Pedunculis brevibus.*73. *Veronica brevi pedunculata.*

Caulis semipedalis. Folia supra radicem plurima : caulina pauca , sessilia , ovata , subhirsuta , raris dentibus incisa ; superiora floralia , lanceolata. Pedunculi axillares , foliis breviores. Corolla albo-cærulescens , calyce brevior. Fructus : capsula inflata : calyx magnus pedunculo longior.

122 COROLLÆ UNI PETALÆ

Veronica arvensis L. communis, arvensis, annua, Grodnensis, florens maio. Lugdunea.

*Foliis parvis, integris.*74. *Veronica acinifolia.*

Caulis simplex, vix quadriuncialis, villosus. Folia inferiora petiolata, ovata, opposita, integerrima; sic triparia cruciatim disposita, media pars caulis nuda; folia intermedia fessilia, ovata, sed ferrato-crenata; superiora folia integerrima, lanceolata, alterna: omnia villosa. Pedunculi foliis duplo breviores. Flores pauci; calyx foliola villosa, inaequalia. Corolla alba, parva: cetera planta mollis, aquosa.

Obs. Nullam speciem invenio, cui nostra rigorose congruat: plurima exhibet attributa Romanæ L. sed differt foliis villosis, caule breviore. Vix tamen rigorose crederemus speciem distinctam: militat inter Romanam & arvensem. Florens maio, sat frequens in arvis sterilibus, prope Grodnam, annua.

*Foliis pentafidis.*75. *Veronica quinquefida.*

Caules plurimi, erecti, palmates. Folia inferiora ovata, crenata, octo linearum lata; intermedia profunde in quinque lacinias divisa, quasi digitata, lacinia intermedia latiori trifida, externa gradatim minoribus & angustioribus; superiora folia quadrifida aut trifida; supradicta ultima linearis lanceolata, cum minimis appendicibus lateribus ad basim; omnia villosa. Pedunculi uniflori, axillares, foliis longiores: calyx magnus, villosus. Corolla saturate cœrulea: tubo extus albo, intus viridi, luteo. Capsula complanata, cordata, bilocularis, fibro-persistente, loculis inflatis, margine pilis rigidis munita: semina plurima.

FIGURATE.

123

Obs. In plurimis speciminibus foliola duo calycis invenio trifida, trilobata; junior planta, tamen florens, vix quadriuncialis, postea elongatur: in juniore pedunculi vix foliis longiores.

Veronica triphylla L. florens april., annua, in arvis frequens, Grodnensis, Lugdunea, montana.

*Foliis trifidis.*76. *Veronica trifida.*

Facie convenit cum præcedenti; sed brevior vix trium pollicum altitudine. Caulis erectus, ramosus. Folia inferiora ovato-lanceolata, integra; caulina fissa, quasi digitata: segmentis tribus, angustioribus; omnia subhirsuta: pilis vix oculo nudo visibilibus. Pedunculi foliis breviores: foliola calycis corolla longiora, inaequalia, linearia; corolla saturate cœrulea; clausa, minima, vix granum mole æquans, tubo viridi; capsula cordata, lata, glabra.

Obs. Quando corolla viget, plerumque caulis vix pollicaris: tunc vere hirsuta pilis splendidibus; post casum collarum inferiorum elongatur ad altitudinem trium pollicum.

Veronica verna L. communis in arvis, prope Grodnam, florens april., annua. Delphinalis.

STAMINA TRIA.

77. *Montia alsine facie.*

Caulis succulentus, triuncialis, ramosus. Folia opposita, petiolata, ovata aut obtuse lanceolata, succulenta. Flores racemosi infra supraem folia: pedunculi debiles, uniflori; calyx bifidus; corollæ albæ, parvæ, bilabiatae; segmentis quinque; stamina tria; stili tres. Fructus: capsula unilocularis, trivalvis, semina tria,

124 COROLLÆ UNIPETALÆ

Montia fontana L. Lithuanica, in pratis humidis silva
Bobrowszczyzna, Varsaviensis. Lugdunea, montana,

STAMINA QUATUOR, COROLLA
QUINQUEFIDA.

78. *Limosella plantaginis folio.*

Folia radicalia cespitosa, longe petiolata, angusto-lanceo-
lata, vel ovato-lanceolata. Radix flagelliformis novis
cespites producens. Scapi uniflori, foliis breviores: calyx
quinquedentatus; corolla campaniformis, semiquinque-
fida, parva, alba, intus rubella; segmentis acutis;
uno minore; stamina quatuor: duobus brevioribus.
Fructus: capsula rotunda. Semina innumera, minima.
Limosella aquatica L. Grodnensis, in pratis humidis Lo-
sosna. Florens junio. Annua, Lugdunea.


*Corolla infundibuliformis. Stamina duo
castrata, duo antherifera.*

70. *Gratiola angustifolia.*

Caulis simplex, aut ramosus, pedalis, aut semipedalis,
glaber, teres. Folia oppposita, fessilia, lanceolata, ferrata
a medio ad apicem: ferratulis remotis. Flores axillares:
pedunculi uniflori; calyx videtur septem foliolis forma-
tus, propter duas bracteas angustas, calyci subjedas;
corolla lutescens, elongata, tubo gracili, quadrifida:
segmento superiori, seu galea emarginata, unde quinque-
fida videtur: tribus aliis subrotundis; stamina qua-
tuor, duo castrata, seu absque antheris; capsula tur-
binata, fulco notata, bilocularis.

Obs. Planta primi anni exhibit radicem funiculiformem,
nondum nodosam, caulem supplicem, folia plerunque
integerrima; sequentibus annis, radicem dat nodosam,
caules ramosos, folia ferrata. Etiam inveni ferrata fo-

P. 124. N. 78.



Limosella aquatica. L.

a basi. Passim vidi quinque flamina , capsula modo quadri- , modo bilocularis. Corolla saepe rubro colore tincta in fauce. Cæterum affinis digitalibus fructu & corolla. *Gratiola officinalis L. florens julio ; femina matura septembri.* Communis juxta ripas fluvii Niemen , ad duo milliaria a Grodna , & circa lacum Jezior. Lugdunæ, Herba inodora , recens insigniter amara ; difficata , post annum gustata , grata amara , salivam movet ; certe recens magna dosi intus prescripta , sicut omnia exotica purgantia , corredit , & inflammationes lethales excitat. *Lugdunensis herbarius infanti , 12 annorum nato , manipulum unum gratiolæ decocti forma dedit : post vomitum centies repetitum , & sanguinis evacuationes ex anno , mortuus est , ante mortem convulsivis motibus stupendis agitatus per tres horas. Aperto imo ventre , gangrenosa erant intestina.* Sed difficata folia parva dosi adultis data , decoctionis aut pulveris forma , egregium purgans centies confirmatum propria experientia ; jure laudatum fine dysenteriarum , diarrhoearum , in hydrope , absente labe viscerum ; in infartibus imi ventris , in morbis cutaneis , herpetibus , scabie , nullum nooco tam efficax remedium. Minima dosi ad grana sex , intus foliorum pulvis datus in febribus quartanis tutum auxilium ; extus decoctum plantæ ulcera sordida mundificat egregie. Recens Planta , etiam parva dosi , vomitum excitat.

Corolla campanulata.

80. *Digitalis lutea major.*

Caulis simplex , bipedalis , raro tripedalis , subhirsutus. Folia radicalia , cum lato petiolo folioso , pedalia ; caulina subamplexicaulia , dentata , ovato-lanceolata. Flores spicati , uno latere dispositi , nutantes. Calyx hirsutus , profunde quinquefidus : segmentis linearibus. Corolla

126 C O R O L L A E U N I P E T A L A

magna, pollicaris, sublutea, extus villosa, supra gérma coarctata, curva, exinde campanulata: limbo irregulare, subquinquefido; guttae croceæ intus in corolla, præsertim in facie inferiori. Stamina corolla breviora, basi contorta; capsula ovata, bilocularis.

Obs. Olim Linnæus varietatem Luteæ credidit, postea separavit. Si varietas tantum? Quarè tam frequens in nostris regionibus, deficiente Lutea, quæ communis circa Lugdunum, absente ambigua.

Digitalis ambigua L. communis prope Grodnam, in omnibus silvis, florens junio; in Europa rara. Lugdunæ, montana.

Folia amara sapore proprio, sub recessu naufragia; parva dosi, innocua; majori, emetica. Decoctum egregios effectus promittit: extus in ulceribus sordidis, intus adhibitum pro scrophularum curatione; sed causa prescribendum.

Corolla ferrata.

Corollis variegatis.

81. Euphrasia maculata.

Caulis simplex, aut ramosus, pálmaris. Folia brevissime petiolata, ovata, dentata, ferrata; ferratulis acutis. Flores subseffiles, solitarii, axillares. Corolla labia, tubo luteo cylindrico; labium superius extus revolutum, bifidum, planum, lineis cæruleo-violaceis pictum, inferius trifidum: quodque segmentum divisum, intermedio longiore; faux macula lutea notata; stamina flore breviora; antheræ inferiores altero lobo basi spinosa. Fructus linea exaratus, bilocularis.

Obs. Variat figura foliorum, & flore: modo inveni foliis linearibus profunde ferratis, modo vix ferratis, hirsutis,

P. 126. N. 81.
EUPHRASIA ὄρεανθωτόρρυπος
officinalis. L.



aut glabris, laciniae corollæ barbae plus, minusve sunt numerosæ. Passim luteo flore vix maculato reperitur; sed constantior est Euphrasia minor Dillenii: vix caulis triuncialis, simplex, aut a radice divisus. Folia lanceolata, atro colore tincta, ferratulis seta terminatis. Segmenta calycis longiora, spinosa; tubus albus corollæ; utrumque labium cœruleum. Floret septembri, communis prope Grodnam, in arvis & pascuis. Annua.

Euphrasia officinalis L. communis in pascuis prope Grodnam, in monticulis juxta Niemen fluvium, diu florens a junio ad finem julii. Annua. Lugdunea.

Herba inodora, amara; vanum remedium in debilitate memoriae; non inutile collyrium: succus foliorum in ophthalmia chronica cum laxitate utilis, nocivus in inflammatoria; vana & fatua aqua distillata.

Corollis rubris.

82. *Odontites rubra*.

ulis pedalis, a medio ramosus, ramis axillaribus. Folia sessilia, linear-lanceolata, subhirsuta, ferrata: ferratulis brevibus, raris: floralia minora, rubescens. Flores axillares, spicati, uno latere versi, breviter pedunculati: corollæ rubræ, labium superius concavum, inferius profunde trifidum, segmentis divergentibus; antheræ didymæ, loculis sulcati, fuscis, uno apice spina alba ornatis. Filamenta infra antheras villosa.

Sæpe inveni floribus carneis, caule, & foliis coloratis, nigro rubore; variat etiam plurimum magnitudine, modo palmaris, modo cubitalis; plerumque invenitur casto pedali. Cæterum pulchra planta, copia florum recreans oculos; mihi suspecta; ingrato sapore salivæ copiam daugter.

Euphrasia odontites L. communis in arvis, prope Grodnam, florens junio, julio, & augusto: annua. Lugdunea.

128 COROLLÆ UNIFETALÆ
COROLLÆ GLOBOSE.

Serophulariæ. Calyx quinquefidus ; corolla subglobosa, resupinata : labii segmento intermedio interno ; capsula bilocularis, bivalvis, ovato-acuminata.

Obs. Calyx brevis, campanulatus : segmentis rotundis, fupremo breviore ; tubus corollæ ventricosus, fauce amplior, fundo ampio foramine perforato ; limbus tetrafidus : segmento superiori plano, emarginato, latiori, lobis crenatis ; lateralibus brevioribus, rotundatis ; inferiore integerrimo, rotundato, extus contra tubum reflexo. Squama cordata, agglutinata facie internæ segmenti superioris : est segmentum intermedium internum labii juxta Linnæum, qui corollam dicit resupinatam propter stamina quæ tendunt versus partem inferiorem corolla. Cæterum, character essentialis Linnæi obscurus videbitur cuicunque non fuerit hujus auctoris imbutus nomenclatura. *Obs.* 2. In omnibus nostris speciebus caules quadrati ; folia opposita, integra ; flores racemosi terminantes ; bractæ lineares ad basim pedunculorum.

Caule alato.

83. *Scrophularia alata.*

Radix longissima, medullosa, filamenta innumera emittens. Caulis quinquepedalis, superius rubescens, angulis foliaceis, ramosus. Folia ovato-lanceolata, ferrata, petiolis brevibus foliosis decurrentibus. Racemi terminantes ramos, & caulem. Calyx quinquefidus ; corolla subglobosa, resupinata : labii segmento intermedio interno : labium superius intus, & extus atro-purpureum ; tubus, & reliqua segmenta viridi-lutescentia ; capsula bilocularis, ovato-acuminata.

Scrophularia aquatica L. Florens julio, in aquosis, prope Grodnam, communis. Herba amara, foetida : Lugdunæ.

P. 128. N. 83.



Scrophularia aquatica. L.

Ds. Herba amara, subfœtida: ipsamet nauseabunda; saporem tamen senæ bene corrigit. Nunquam sola sanavit scrophulofos: centies tentavimus. Raro, applicata, ulceramundat.

Caule nudo.

84. *Scrophularia nodosa* L.

Radix nodosa, tortuosa, crassa, tuberculis onusta. Caulis bipedalis angulis obtusis. Folia petiolata, cordata, basi obliqua incisa. Racemus florum terminans caulem. Off. Corolla fat similis praecedenti. Duo filamenta curva duo erecta; antherae nigrecentes; squamula cordata, atro-purpurea, terminatur basi appendice anguloso, agglutinante lamina internal corollæ; racemuli superiores alterni, inferiores oppositi. Invenit flores vix rubescentes, virides: foliorum dentes majores, quam in praecedenti.

Florens junio, communis prope Grodnam, Loddinæ; in silvis
duo floret. Lugdunæ. folia amara, & scotidea, inutilia pro curatione hepularum,
inertia pro debellandis haemorrhoidibus cœcis, rotiva
in angina. An utiliter fues scabiosi lavantur decocto
herbe? et enicim: probat ad talium: quod linea rotunda: exangulis
COROLLA: BILABIATE, CAULIS: SQUAMOSUS,
ad: rotundum: et: ex: angulis

Floribus rubris.

65. *Lathrea Squamaria* L.

Radix crassissima ramosa, squamosa. Caulis pedalis, aquosus, mollis, curvatus, crassitudine digiti. Folia nulla, quorum loco squamae alternae, membranaceæ. Flores nutantes imbricati, spicati, quadraginta & ultra, secundum duos ordines parallelos, uno versu dispositi. Squamae florales.

130. COROLLÆ UNIPETALA.

roseæ, magnæ, floribus oppositæ. Calyx campanulatus, duobus segmentis superioribus majoribus; corolla personata, bifida, labio superiore integro plicato, pureo; inferiore tripartito, albicante: segmentis lateribus minoribus; stigmas cavos, stigmate cavo; anthera magnæ. Glandula depressa ad basim saturæ germinis, capsula unilocularis.

Obs. 1. Faciem exhibet orobanchies: unde placet phralis Casp. Bauhini. Orobanche radice dentata major.

Florens aperte, prope Grodnam, in silvis ultra Niemener Fluvium, ad radicem arborum in locis opacis; non floret quoniam annò.

Obs. 2. Figura Oederi, tab. 136. eximia, cum charactere, sed in nostris caulis altior, & florescentia non incipit a basi caulis.

Floribus lutecentibus.

364. Orobanche pubescens.

Radix crassa, carnosæ, stipulis omnibus, paralita. Caulis simplices, plurimi; quadrifolius; villosus. Folia vera nulla. Flores spicati, sessiles, concordes scapo, lutecentes; calycis foliola quatuor; corolla magna immarcescens, ringens; galea bifida; barba trifida; stamina 4, anthers coherentibus; stigma cordatum. Glandula sub basi germinis; capsula unilocularis, bivalvis: femina plurima minima.

Grodnensis, rara: in marginibus silvæ Volmeri, flores maio. Caryophyllum olens. Est orobanche major L. Lugdunæ.


COROLLÆ PERSONATÆ, FLORES BRACATEÆ.

MELAMPYRA LYNNÆI.

Calyx quadrifidus; corolla personata: labium superius compressum, margine replicato; capsula bilocularis, obliqua, dehiscentia: femina duo, gibba.

CRATEOGONUM ΜΕΙΖΟΝΟΠΕΛΟΥ

P. 131.



Melampyrum
nemorosum. L.

FIGURATE. 87. 831

Communia attributa sequentibus speciebus. Radix ramosa,
caulis ramosus. Folia opposita, sessilia, simplicia. Flores
subspicati, terminales. Bracteæ foliis latiores.

Spicis quadratis.

87. *Melampyrum cristatum* L.

Caulis pedalis. Folia lanceolata, angusta. Spicæ quadratæ;
bracteæ cordatæ, compactæ, denticulate, in carinam
plicatæ, imbricatæ. Corollæ tubus purpurascens, galea
purpurea aut alba, barba ex aurantio rufa, tridentata.
In paucis circa Grodnam, Lofina, florens julio. Annua.
Lugdunea.

Bracteis purpurascientibus.

88. *Melampyrum purpurascens.*

Habitus praecedentis. Folia inferiora longissime lanceolata,
integerrima; superiora basi dentata. Spicæ conicæ laxæ;
bracteæ puberulæ, dentato-setaceæ, seu dentibus longis
& angustis; galea exterius villosa, albo-ferruginea;
labium inferius ferrugineum. Faux flava, tres dentes in
barba, medio longiore. Melampyrum arvense L. communis in silvis & inter segetes,
prope Grodnam, florens julio, annua. Lugdunea.
Semina reditunt paneir cærulecentem & amarum, vix
tamen noxiū juxta Linnaeū; contrarium observavi:
sepi testis fui dolorum ventriculi post escam panis seca-
litii vitiati; vaccæ hanc herbam libenter comedunt.
Semina siccatæ, lente aqua emolliuntur: unde forte fata-
tantum post annum germissa expellunt.

Bracteis cærulecentibus.

89. *Melampyrum cærulescens.*

Caulis cubitalis, ramosissimus. Folia latiora, ovato-lanceo-

232 COROLLÆ UNIFERALE

lata. Bracteæ cordato-lanceolatæ, dentatæ : dentibus tenuissimo acumine terminatis. Flores axillares, foliarum, uno versu dispositi; calyces lanati; corolla flavæ, labio inferiore, & tubi origine aurantii coloris. Bracteæ summittatum ramorum steriles, violaceæ, raro alba. *Melampyrum nemorosum L.* florens in silvis, communis julio, diu florens etiam augusto, annua. *Lugdunæ Delphinalis.*

Pecoribus grata herba. Cæterum hæc vident botanici haec plantam coma violacea, subtus lucente fulvo colore, raro umbrosos locos ornantem. Sicut præcedentes diffinile servat in herbario colores.

Bracteis hastatis.

92. *Melampyrum hastatum.*

Caulis debilis. Folia lanceolata, inferiora integra, media dentata. Bracteæ hastatae, hamis reflexis. Flores sessiles, uno latere versi, seu secundi, conjugationibus remotis. Corolla clausæ, tubus longus, gracilis, glabra lutea; barbae eminentiae saturate flavæ. *Melampyrum pratense L.* communis in pratis, prope Grodnam, florens julio. Annua. *Lugdunæ Delphinalis.*

Corolla hiantæ.

93. *Melampyrum hians.*

Facies præcedentis. Folia integerrima. Bracteæ lanceolatae integerrimæ: differt corollis brevioribus, flavis hiantibus.

Melampyrum filvicum L. scommunis in silvis, prope Grodnam, florens julio. Annua. *Delphinalis.*

COROLLÆ LABIATA, CALYX VENTRICOSUS.

92. *Rhinanthus cristagalli L.*

Caulis cubitalis, erectus, simplex, glaber, splendens

233 FIGURATÆ.

Folia sessilia, lanceolata, crenata, hirsuta; superiora ferrata, crenulis, & ferratulis crebris; floralia ovata, acuminata, ferrata, ferratulis majoribus, spina terminalis. Flores axillares, bracteis longiores; uno sessili in quaque axilla, duobus paribus remotis, terminalibus approximatis: calyx ventriculosus, compressus, quatuor dentibus lateralibus, brevibus, subvillosum, reticulato-venosus, diaphanus; corolla personata, flava; labium superius saepe inferiori longius, cavum, obtusum, bifidum; infra, duo appendices violaceæ; labium inferius trifidum, segmento intermedio lato, emarginato; capsula bilocularis, obtusa, compressa.

Sat frequens, varietas insignis: caule striato, rubefcente, ramosissimo a media parte caulis, pedalis, floribus minoribus, foliis vix lineæ latitudinis ferratis, subhirsutis. Videtur pedicularis major angustifolia ramosissima: flore minore luteo, labello purpureo Dillenii, Syntopis, pag. 284, alectorolophus calycibus hirsutis Halleri; non mihi videtur species distincta; collatis plurimis speciminiis, duæ species Hallerianæ communibus attributis mihi adeo nexæ apparent, ut discrimen nullum non sufficiat pro charactere genuino:

communis in pratis humidis, prope Grodnam, florens junio & julio; annua, *Lugdunæ.*

Planta sicca, rigida; vix fenum dat; recens, et si amara & acris, non repudiatur a pecoribus; quando multiplicatur in pratis, suffocat alias plantas.

COROLLÆ LABIATA. CALYX CRISTATUS.

PEDICULARES LINNÆI.

Calyx quinquefidus. Corolla personata. Capsula bilocularis, mucronata, obliqua. Semina tunicata.

*Foliis pinnatifidis.*93. *Pedicularis folio ceterac.*


Caulis pedalis, & bipedalis. Folia radicalia sex, aut oblongo-petiolata, semipinnatifida: pinnulis basi coalitis, inter se oppositis, dentatis, dentibus crenulato-ferratis. Folia caulina alterna, brevi-petiolata, petiolo semiamplexicauli; floralia sessilia, basi integerrima, superius crenata, crenulis ferratis, concava, ovato-lanceolata alterna, approximata, quasi verticillata. Flores axillares, subsessiles, solitarii; calyx campanulatus, subventricosus, segmentis quatuor, quinque aut sex, crenulatis: crenulis ferratis, velut cristatis. Germen turbinatum; constringens, pollicaris: marcescens, fulva; florens, sulphurea coloris; labium superius forniciatum, erectum, ocellata, flamina; labium inferius tripartitum; alae paulo longiores, & angustiores; barba, quæ est quasi semilunaria, margine macula rubra tincta: tubus supra calycem dilatatus, calyce longior.

Obs. Sic sunt pleraque specimenia. Inveni tamen quæ variantes exhibent; sic unum caule ramoso, tria erant foliis verticillata in medio caulis, ex axilla unius exurget ramus nudus, ferens in summo folia, & flores, sed non erant tria folia, sed duo opposita; sic tria paria floribus & foliorum, primo pare ab aliis remoto; passim inventa corollam vere hiantem, plerumque tamen clausam. Contanter nostra exhibet corollas albo-luteas. Specimen inveni floribus plerisque alternis, remotis.

Florens junio, circa Grodnam copiose in aquosis prælocorum dicitur Lipsk, Jeziory.

Herba foetida, mihi suspecta. Est pedicularis sceptrum carolinum L.

Pedicularis, alpina, folio ceterac Helvingii, fl. tab. 39.

FIGURÆ. 
Iure Linnaeus non appellavit pedicularem folio ceterac? Certe præstantius fuisset nomen triviale. In hoc cauſe Rudbeckii adulatio non placet.

ceptrum carol. Flor. Lapon. 243. t. 4. f. 4. folium radicale cum summitate cauli floridi. Vederi tabula 26, cuius figura exhibet specimen integrum cum charactere fructificationis; sed non sufficit. Pro complete historia, quatuor requirentur figuræ.

Vota. Capsulam nunquam vidi tam regularem, sicut pixit Linnaeus; certe curvaturæ non sunt æquales, nec tam rotundam figurant capsulam.

Planta Germanica, Prussica, Danica, Suecica. Planta foetida, odoris fimbucini. Semina contrita sopiunt dolores dentium: quod confirmandum.

*Foliis pinnatis.**Ramis erectis.*94. *Pedicularis erecta.*

Caulis pedalis, erectus, ab imo ramosissimus, crassitudine digiti minimi: ramis omnibus floralibus. Folia pinnata, pinnulis profunde dentatis. Flores axillares, pedunculati, racemum foliosum, & floriferum constituant: calyx striatus, striis granulatus, bifidus, segmentis cristatis; corolla purpurea, labium superius concavum, obtusum, complanatum, nigrescens; labium inferius trifidum: segmento intermedio, obliquo, angustiore; capsula curva. Communis prope Grodnam, in pratis aquosis. Florens junio, Lotosina, diu florens. Foetida. Lugdunea. Est pedicularis palustris L.

*Ramis procumbentibus.*95. *Pedicularis procumbens.*

Caulis palmatus, simplex, & ramosus a basi: ramis pro-

* 836 C E R O E F A U N I P E T A L A

cumbens. Folia pinnata, pinnulis inaequalibus dentatis. Flores axillares, alterni, subfessiles, inferiores remoti: calyces oblongi, angulati, laves, quinquefidati, imo dente minimo, reliquis cristatis; corolla pallide purpurea, longioris, ad faucem maculata; lobo intermedio labii inferioris cordato.

Variat colore florum: modo exhibet purpureos, modo albescentes, plerumque albo-purpureos.

Florens julio, circa Grodnam in Economia Labna. Lugdunea. Est pedicularis silvatica L.

C O R O L L A E R I N G E N T E S , C A L C A R A T A .

A N T I R R H I N U M L I N N E I .

Calyx quinquephyllus. Corolla personata, basi deorsum proeminens, nectarifera. Capsula bilocularis.

Floribus spicatis.

96. *Antirrhinum Linaria L.*

Caules cubitales, plerumque plurimi, ad basim rubescentes, erecti, simplices, aut ramosi. Folia conferta, ascendenta, rubescencia, aut glauca, linear-lanceolata, glabra. Flores spicati, alterni, imbricati; spicæ breves, densæ, terminantes. Bracteæ lineares, corollis breviores. Calycis segmenta lanceolata, brevia, nervosa, acuta; tribus superioribus, paulo longioribus; duobus en lateralibus, calcare corollæ recipientibus. Corolla personata, longo calcari donata, pollicaris, perpendicularis; margo fauci exhibet protuberantiam annularem crocei coloris: cæterum corolla sulphurei coloris.

Obs. Plurimum juxta varias stationes variat Linaria. Inveni nanam vix palmarem, exhibentem tres flores alternos, loco spicæ terminantis. In hac omnia folia vere

* 837 C E R O E F A U N I P E T A L A

linearia; radix tuberosa, succulenta. In herbario videre est specimen caule procumbente ramosissimum, omnibus foliis linearibus, floribus pallidioribus. Calcari, modo rectum, modo curvum, in variis speciminibus observatur; passim etiam video rudimentum quinti flaminis. Nunquam inveni monstrum celebre Linaria peloriam, etiam si sepe inter mille specimina quaesiverim: observavi passim rictum corolla, adeo infectorum morsu deformatum, ut vix referre possem ad formam naturalem: etiam non raro tota spica sic corrupta reperitur, ut corolla exhibent formas foliorum villoforum, corrugatorum; sicut specimina possideo: tum constanter latiora sunt caulinâ folia.

Diu florens ubique, circa Grodnam, a junio ad finem augusti, perennis. Planta acris, amara. Lugdunea.

Obs. Planta acris, amarore proprio, vix nauseosa, urinam pellens, vomitum raro excitans, saepius alvum laxans, plurimis suspecta, seut Hallero. Nobis parcas dosi innoxia, vere laudata extus contra haemorrhoides; intus sanavit iterum. Quid valeat in hydrope, obstructionibus, asthmate, de novo confirmandum specialioribus observationibus.

Calcaria brevissima.

97. *Antirrhinum breviflorum.*

Caulis pedalis, ramosus. Folia elliptica, obtuse lanceolata, mollia. Flores sparsi, sessiles, subspicati: calycis foliola sublata, corolla longiora; corolla purpurea; calcare brevissimum. Fructus: capsula caput vitulinum imitans, hujus tria foramina.

Antirrhinum Oruntium L. Grodnensis, rarer: florens julio in arvis, annua. Lugdunea.

138 COROLLE UNIPETALAE

Folii ovatis.

98. *Antirrhinum rotundifolium.*

Caulis ramosus, procumbens. Folia villosa; inferiora opposita, ovata, integerrima; superiora alterna, ovato-lanceolata. Flores axillares: pedunculi uniflori, longi: tubus corollæ brevissimus: calcar brevius: labium superius atro-purpureum, inferius lutescens.

Antirrhinum spurium L. nunquam inveni circa Grodnam; collegi in arvis circa Varfaviam; florebat julio, annua, Lugdunea.

Caule brevi ramosissimo.

99. *Antirrhinum minus L.*

Caulis palmaris, a basi ramosus: ramis subdivisis, diffinis. Folia pleraque alterna, lanceolata, angusta, succulenta, obtusa. Pedunculi axillares, uniflori. Calycis foliola inaequalia, obtusa; corolla parva, albescens, violaceo colore galea & paetario tinctis; calcar corolla brevis, curvum; capsula horizontalis, duobus foraminibus verso apicem dehiscens.

Obs. In meis specimenibus folia cantina sunt reflexa, ramea, erecta, tinctura galeæ & nectarii plus minusve violacea, saepe cœrulea. Non male in hac specie capsula squeletos capitis vitulinii repræsentat.

Communis in arvis prope Grodnam, Lugdunea, flore junio: annua. Jam hoc tempore capsule plurima semina matura exhibent: inveni adhuc florentem fine augusti. Folia glutinosa; humor viscidus eructat ex apicibus brevissimorum pilorum vix nudo oculo visibilium. Pili numerosiores sunt in ramis.

Planta ingratissimis saporis, vix a pecoribus tada.

SERIEI PRIMÆ,
S E U
FLORUM UNIPETALORUM
COLLECTIO III.

COROLLÆ UNIPETALÆ,
FLORIBUS COMPOSITIS.

In Calyce communi plurimi flosculi aut semiflosculi, aut mixti, seu in eodem calyce semiflosculi & flosculi. Receptaculum, seu placenta, nudum, aut pilis aut squamis ornatum. Germina: gymnonosperma seu semen nudum sub quoque flosculo. Semina apice nuda, aut dentata, aut pilosa, aut spinata. Stamina coalita antheris in plerisque, in paucis libera: antheræ tunc quatuor. In coalitis staminis quinque. Omnes nostræ compositæ, herbaceæ, præter unum abrotanum, sublignosum; plurimæ medicamentosæ, amaræ, flagrantes.

SCABIOSA ὄρεμαχρομονόκαυλος P. 141.
arvensis. L.



SCABIOSA ὄρεκάυλος

COROLLÆ UNIPE TALÆ, &c. 141

FASCICULUS PRIMUS.

FLOSCULOSÆ.

Corollæ parvæ, tubulosæ, limbo infundibuliformi;
plurimæ in calyce communi involute.

ANTHERIS LIBERIS.

Receptaculo spinoso.

1. Dipsacus connato folio.

Caulis tripedalis & quadripedalis, ramosus, spinosus; crassus. Folia opposita, basi connata, amplexicaulia, ovato-lanceolata, nervo spinoso-dentata: foliolâ calycis communis duodecim, angusta, longa, sursum curva, spinosa. Capitula ovalia, longa, crassa; flosculi innumeri, cærulei, quadrifidi; segmentis inæqualibus; receptaculum aristis rectis tonitrum; semen coronatum, vaginatum calyce proprio.

Dipsacus fullonum L. Grodnensis, rara, in villa silvæ Bohowiczyna, florens augusto, perennis, Lugdunea, communis.

Dipsacus sativus C. B. P. aristis fructus hamatis, colitur in hortis Lithuaniae: mera varietas silvestris juxta Linnaeum.

RECEPTACULO PILOSO, COROLLULIS QUADRIFIDIS.

2. Scabiosa varia.

Caulis hispidus, erectus, hirsutus, cubitalis, brachiatus,

342 COROLLÆ UNI PETALÆ.

Scabiosa radicalia, petiolata, ovato-lanceolata; dentata; caulinæ pinnatifida. Flores ramos nudos terminant; flocculi exteriores ampliores; discus convexus; calyx foliola ovato-lanceolata, longitudine flosculorum: flocculi purpureo-cærulei; semen coronatum setis quinque, involutum calyculo sericeo. Receptaculum pilosum.

Scabiosa arvensis L. communis ubique, diu florens junio, julio, &c. Grodnensis; perennis. Lugdunea.

Obs. Species Polymorpha, plurimas in Lithuania exhibent varietates, modo hirsuta, modo fere glabra, modo caule simplici, modo ramosissimo, passim fere acaulis, nanus: folia radicalia passim omnia integerrima, sed in plerisque speciminiibus observantur integerrima, dentata, & pinnatifida; color corollæ modo albescens, modo carneus; in nonnullis speciminiibus, invenimus capitulum elongatum, pauciflorum.

Foliis integerrimis.

Scabiosa præmorsa.

Caulis simplex, ad summitem triflorus; ramis quidam. Folia radicalia petiolata, ovali-lanceolata, integerrima, recte viridia; caulinæ pauca, longiora, lanceolata. Calyx longitudine corollarum; flocculi æquales, cærulei; receptaculum squamulosum, squanis herbaceis, triangulibus.

Semen quadrangulare, coronatum denticulis quatuor.

Scabiosa succisa L. sylvatica. Grodnensis. communis.

florens septembri, perennis, Lugdunea.

Obs. Alia specimina foliis glabris, alia foliis hirsutis. Aliquoties inveni floribus albis. Huc venit specimen eadem hispido, foliis ovato-lanceolatis, ferratis, quæ sunt potius varietas scabiosæ sylvaticæ Linnæi.

FLORIBUS MONOICIS.

6. Xanthium monoicum.

Caulis cubitalis, erexit, inermis, ramosus. Folia longe petiolata, hirsuta, cordata, quasi-trilobata; lobis brevissimis, circumferratis. Flores axillares mares & feminei; masculini pauci, feminei plurimi. Calyx communis marcescens imbricatus. Corolla monopetalæ, quinqüefida, infundibuliformes: receptaculum palaestinum. Femineæ calyx foliola duo, germina includentia. Corolla nulla. Fruitus nucleus, bilocularis, aculeatus, uncinatus.

Xanthium Strumarium L. communis, Grodnensis, ruderis, florens junio; annua, Lugdunæ.

Obs. Xanthium Strumarium, amarum cum sapore proprio. Sudorificum egregium adjuvans & succedaneum Guajacum pro curatione morbi Venerei, sicut Tepius observavimus in Nosocomio nostro Grodnensi.

ANTHERIS COALITIS.

MOLLES SÆU NON SPINOSA inclusa. *Floribus corymboso et umbellatis.*

Foliis pinnatis.

7. Tanacetum umbellatum.

Caulis tripedalis, ramosus, firmus. Folia viridia, glabra, pinnata: pinnae semipinnatae, acute dentatis. Flores terminali, minantes, umbellati, plati; magni; calyces hemisphaericæ; flosculi innumeri, minimi.

Tanacetum Vulgare L. in silvis, prope Grodnam, comune, florens septembri; perennis; Lugdunæ. Aroma aromaticæ; præstans in chlorosi.

Obs. Specimina inveni caule simplicissimo, filiformi; pedali-

FLORIBUS COMPOSITIS. 145

foliis pinnatis, pinnulis angustioribus, simpliciter ferratis: que forte Tanacetum Sibericum Linnæi. In posterum uberior illistrandum.

Foliis digitatis.

8. Eupatorium cannabis folio.

Caulis quatuorpedalis. Folia digitata: foliolis tribus ovato-lanceolatis, acute ferratis. Flores parvi, corymbosi, terminantes, densi: calycis squamae imæ ovatae, interiores angustæ, longiores; corolla androgynæ, calyx longiores, purpureæ, minimæ. Semina longa, gracilia, pappo plurifido coronata.

Eupatorium Cannabinum L. communis in aquosis, prope Grodnam, florens julio; perennis; acris; aromaticæ, amara, Lugdunæ.

Obs. Singularem possidemus varietatem, Specimen vix palmarum, caule simplicissimo, foliis simplicibus, seu non digitatis, præter duas bracteas digitatas: repertum prope Grodnam, in loco dicto Loszna, florebat julio.

Eupatorium Cannabinum in radicibus occultat vim emeticam, sicut plures observavimus: folia sunt laxantia, flores sudorifici: quare igitur practici hanc pretiosam speciem contemnunt: sed nos, quoniam, invenimus in eis qualia.

Floribus parvis spicatis, lateribus.

Caule lignoso.

9. Abrotanum frutescens.

ales procumbentes, ramis erectis, herbaceis, duri, lignosi, cubitales. Folia multifida, lacinias firmis, linearibus, primo sericeis, albicanibus; deinde viridis, glabris. Flores pedunculati, axillares, spicati, capitati, parvi: squamae calycum ovatae, virentes, marginibus albis; flosculi minimi pauci: flores aromatici.

Tom. I.

K

Artemisia campestris, L. *communis*, *arvensis*, *Grodensis*,
florens; *septembriæ*; *perennis*. *Lugdunea*.

Obs. In Lithuania rara est varietas *caulinis viridibus*; plu-
rumque invenitur capiculis rubentibus. Lignescit caulis
præcedentis anni; rami floriferi sunt, vere herbacei;
unde exurgit varietas *tota herbacea*, foliolæ primi anni.

Ceterum *Abricotanum propria nostra observatione erga-*

gium, antispasmodicum: *luteo* *caulinis* *viridibus* *foliis* *luteis* *capiculis* *rubentibus*.

Caulibus herbaceis.

Artemisia campestris, L. *communis*, *arvensis*, *Grodensis*, *florens*; *septembriæ*; *perennis*. *Lugdunea*.

Obs. In Lithuania rara est varietas *caulinis viridibus*; plu-

rumque invenitur capiculis rubentibus. Lignescit caulis

præcedentis anni; rami floriferi sunt, vere herbacei;

unde exurgit varietas *tota herbacea*, foliolæ primi anni.

Ceterum *Abricotanum propria nostra observatione erga-*

gium, antispasmodicum: *luteo* *caulinis* *viridibus* *foliis* *luteis* *capiculis* *rubentibus*.

Artemisia campestris, L. *communis*, *arvensis*, *Grodensis*,

florens; *septembriæ*; *perennis*. *Lugdunea*.

Obs. Hanc speciem amaram, aromate propterea præditam,

sæpe utiliter prescripsumus in chlorof. & anorexia. Va-

riat caulinis rubris & albecentibus.

I. Absinthium bipedale.

Caulis durus, *bipedalis*, *ramosus*. *Folia superne* *virescentia*,

inférne *incantata*, *tomento* *sericeo* *splendente*, *pinnatis*,

pinnis *bilobatis*; *pinnulis* *incisis*, *planis*, *mollibus*. *Flores*

spicati, *axillares*, *uno* *versu* *nutantes*, *subglobosi*,

parvi; *calyces* *hemisphaerici*: *flosculi* *minimi*; *feminei*

in circumferentia, *hermaphroditici* *in disco*.

Artemisia absinthium L. *communis*: *in arvis*; *florens*;

gusto, *Grodensis*; *perennis*: *insigniter amara*, *aro-*

matica. *Lugdunea* *rara*.

Obs. Sola rite adimpler omnes indicationes contra putre-

dinem in ulceribus, *contra vermes*; quando adest debili-

tas *ventriculi*. Sæpe febres tertianas solo decocto

Absinthii debellavimus, & gangrenam fistulam.

MOLLES GOSSYPIACEÆ.

FLORESCENTIA ANTE FOLIATIONEM.

In flosculis omnibus antheræ & stili.

12. Tussilago hermaphroditæ.

Caulis florifer, *pedalis*, *simplex*, *purpureus*, *squamis ru-*

bescentibus asperius. *Flores terminantes*, *thyrsum ovatum* *formantes*, *seu dense spicati*; *calyces rubentes*; *flosculi* *albi* *auf* *rubri*, *a decem* *ad* *viginti*, *speciosi*; *omnes*

hermaphroditæ; *antheræ* *purpureæ*; *post* *caulem* *flora-*

lem *fuccedunt* *folia*, *maximæ*, *terra imposita*, *cordata*,

dentato *sinuata*, *sabutus* *alba*, *tomentosa*.

Tussilago petasites L. *communis* *prope* *Grodnam*, *in valli-*

bus, *florens* *mai*, *perennis*. *Lugdunea*.

In flosculis plerisque foli stili.

13. Tussilago androgyna.

Caulis florifer, *altior*, *cubitalis*. *Flores minores*, *nume-*

rosiores, *pedunculis* *longioribus* *sæpe* *nutantes*; *plurimi*

flosculi *feminei*, *pauci* *hermaphroditæ*.

Tussilago hybrida L. *Grodensis* *juxta* *fluvium Niemen*,

florens *mai*; *perennis*. *Lugdunea*, *montana*.

In flosculis paucis soli stili.

14. *Tusfilago alba.*

Facies præcedentis. Caulis floralis, semipedalis, aut pedalis; squamis ovatis. Flores terminantes, thyrsum fasciatum formantes; flosculi plerique hermaphroditi, pauci feminæ: omnes majores, carnei aut albi: folia radicilia, magna, tomentosa, inferius alba.

Tusfilago alba L. Grodnensis, frequens juxta fluvium Niemen, florens maio, perennis.

Obf. Plurimis trium præcedentium specierum, specimenibus rite enucleatis, facilissime assensum concedimus perspicacissimo Scopolio, qui in flora Carniolica has tres species varietates declarat, tanquam soli aut climatis productiones. Vidimus etenim feminæ flosculos in petiolidiæ. Cæterum omnes fragrantí pollent odore & sapore proprio amaricante in radicibus: has utiles invenimus tempore retrocessus petechiarum & morbillorum.

Floribus flosculosis & semiflosculosis.

15. *Farfara radiata.*

Scapus uniflorus, semipedalis, squamis lanceolatis omnibus. Calycis cylindricisquamæ æquales, præter paucas ad basim breviores: Flos radiatus: semiflosculi numerosi angustissimi; flosculi mediocres, pauci. Post marcescentiam florum folia nascuntur cordata, angulosa, dentata, glauca, succulenta.

Tusfilago farfara L. communis in paucis vallibus, prope Grodnam, florens aprili, perennis. Lugdunea.

Obf. Flores aromatici, amaricantes. Infusio non inutile adjuvans in pleuritidé, ultimis diebus morbi; in febre catarrhalis egregium nobis saepius suppeditavit auxilium.

GOSSYPIACEÆ CALYCIBUS SICCIS
AUT SPLENDENTIBUS.

Calycibus coloratis, seminibus papposis.

Squamæ calycis rubræ.

16. *Gnaphalium Dioicum mas.*

Caules: steriles humifusi farmentis; floriferi erecti, palmariæ, simplices. Folia inferiora firma, secca, inferne lanuginosa, quasi spatulata: caulinæ folia angusta. Corymbus florum simplex, terminalis; calycis squamæ purpureæ; staminum vagina crocea.

Gnaphalium dioicum, var. *Mas* L. Florebat aprili & maio, communis in omnibus silvis & pascuis. Grodnensis.

Gnaphalium Dioicum femina.

Similis præcedenti. Flores longiores ob semen longius, & pappum insignem: Flosculi striati, angustiores. Scapus altior. Flos albescens.

Gnaphalium dioicum L. var. *Femina*, Grodnensis, communis in silvis, florens aprili, maio: perennis. Lugdunea, montana.

Obf. Quidquid afferant practici, secca hæc planta in nostra præxi proorsus inutilis fuit pro lenienda tussi spasmodica.

Squamæ calycis luteæ.

17. *Gnaphalium aureum.*

Caulis herbaceus, simplicissimus. Folia lanceolata; inferiora obtusa. Corymbus florum terminans, compositus. Squamæ calycum splendentes, seccæ, citrinæ.

Gnaphalium arenarium L. communis in arvis sabulosis, circa Grodnam: florebat augusto & septembri.

350 C O R O L L E U N I P E T A L E .

Obs. Flores, inter digitos triti, spirant odorem specialem balsami. Non inutiles sunt pro expectoratione cienda, in catarrho & asthmate humido.

Squamæ calycis fuscæ.

18. Gnaphalium castaneum.

Caulis palmaris, ramosissimus, diffusus. Folia tomentosa, mollia, angusta, obtusa. Flores minimi, tomentosi, conferti, terminales. Calycum squamæ splendentes, fuscæ aut subluteæ.

Gnaphalium Uliginosum L. Grodnensis, in pratis aquosis silivarum, juxta fluvium Niemen, & alibi. Lugdunæ.

Squamæ calycis spadiceo+argenteæ.

19. Gnaphalium spadiceum.

Caules albi, tomentosi. Folia linea, acuta, viridia, subtus lanuginosa. Pedunculi axillares, tomentosi, sexfiori, aut ultra, toti floribus obducti: ex ipsis minoribus spicis una magna, erecta, angusta formatur. Flores cylindrici: squamæ calycis virides, lanceolatae, spadiceo-notatae; ora pallente & nitida.

Gnaphalium silvaticum L. Grodnensis, communis in silvis Grandzicze & alibi. Florebat julio. Lugdunæ.

S Q U A M Æ C A L Y C I S S I C C E
G O S S Y P I A C E Æ N O N C O L O R A T E .

Semina non papposa.

Caule dichotomo.

20. Filago dichotoma.

Caulis palmaris, semipedalis, erectus, ramosus. Folia linearia, brevia, tomentosa. Glomeruli florum sessiles, diffusi: flores pyramidati; laterales axillares.

F L O R I B U S C O M P O S I T I S . 351

Filago montana L. Florebat julio, in fabulosis, prope Grodham, in cœconomia Labno. Lugdunæ.

Caule panniculato.

21. Filago panniculata.

Caulis erectus, ramosissimus, pedalis & cubitalis; ramis eredit. Folia conferta, tomentosa, linearia. Flores axillares, conferti, sessiles: unde spica laxæ, terminantes ramos. Calyces conici, tomentosi, cum virore albi. Filago arvensis L. Grodnensis, communis Poniemun. Flores junio, perennans. Lugdunæ.

C O M P O S I T Æ F L O S C U L O S Æ .

A N T H E R I S C O A L I T I S .

Spinoæ.

Calycibus hamatis.

Caulis cubitalis, ramosus, brachiatus. Folia ampla, pedalia, cordata, obtusa, subtus tomentosa, inermia. Florum capitula congesta; receptaculum setis onustum: calycis squamæ lanceolatae, apice ad ucci modum recurvo, ad objecta adhaerentes: flosculi omnes androgyni, violacei: semina curva, sulcata, brevi pappo coronata.

Arctium lappa L. inter rudera communis, Grodnensis, florens augusto: perennans. Lugdunæ.

Obs. Invenitur etiam frequens varietas caule vix pedali, capitulis tomentosis, scilicet pilis intertextis, araneæ telæ similibus. Radix & herba dulcis, subaustera; illorum decotum sensibiliter fluxum urinæ adauget. Semina amarissima; pulverisata in cedemate pretiosa.

SPINOSÆ CALYCIBUS CYLINDRICIS
ATTENUATIS.

Foliis variis, inermibus, ferratis.

23. *Serratula inermis.*

Caulis tripedalis, firmus, superius ramosus. Folia inferioria ovata; superiora basi pinnatifida seu pinna impari maxima; omnia firma, glabra, ferrata: serratulis acris, minimis. Flores panniculati, purpurascens; calyces cylindrici, attenuati; squamis gracilibus, compadis, inermibus: flosculi androgyni: semina papposa.

Serratula tinctoria L. Grodnensis, communis, arvensis; florens julio, perennis. Lugdunea.

Obs. Dicitur tinctoria, quia herba luteo colore tingit lanas, sicut reseda luteola: licet color iste minus tenax.

In nonnullis speciminiis folia radicalia tota cum petioli rubra, plerumque integra, passim tamen pinnatifida. Calyces, tincti colore atro-cærulecente, sunt parvi, attenuati. Etiam folia caulina variant fissuris, modo minoribus, modo longioribus. Specimen observavi prope Grodnam nanum, semipedale, foliis omnibus pinnatifidis, floribus lacteis.

Foliis spinosis.

24. *Serratula spinosa.*

Radix repens, longissimus, sublignosus. Caulis tripedalis, ramosus, angulosus. Folia semipinnata: pinnis angulis, spinosis; superiora simpliciter dentata aut integra, lanceolata. Flores panniculati; calyces elongati, inermes: flosculi purpurei; pappus seminum longissimus, plumosus. Serratula arvensis L. Grodnensis, in arvis florens agusto, perennis. Lugdunea.

*Cnicus oleraceus L.*

FLORIBUS COMPOSITIS. 153

Obs. In humidis locis dictis Lososnae inveni, flore albo : figura tantum calycis convenit cum ferratulis ; sed foliacione ; habitu , similis est Carduis : unde melius jam fuit nominata a Joan. Bauhino , *Cardus serpens levicaulis* : apud Hallerum est , *Circium* , propter spinas calycis mitiores.

Spinoſae calycibus ovatis.

*Bracteis obvallatis.*25. *Cnicus bracteatus.*

Caulis erectus, quadripedalis, vix ramosus. Folia inferiora lacinia †, pedalia ; superiora integra, ovato-acuminata, amplexicaul †, mollibus spinis ciliata : flores congesti in summis ramis, inter folia capitulis multo majora, flavescens. Squamae calycum graciles, molliter spinosae, tomento molli obductae. Flosculi ochroleuci. Pappus secundum plumosus.

Cnicus Oleraceus L. circa Grodnam inveni, in prato paludofo, juxta amnem Lososnae : florebat augusto ; perennis. Lugdunea.

*Calycibus glutinosis.*26. *Cnicus Glutinosus.*

Caulis tripedalis & quadripedalis. Folia amplexicaulia, pinnatifida, hirsuta, subtus pubescentia, laciinis lanceolatis, spinuloso-ciliatis. Calyces nutantes, glutinosi : flores purpurascentes : disco convexo longiori.

g. florebat, prope Grodnam juxta viam publicam, quæ Varfaviam dicit, in pratis uliginosis : perennis. Lugdunea.

f. Et Circium Acanthoides montanum flore purpurafente Tournefortii : optimam hujus speciei adumbratio-

354 COROLLE UNIPETALE.

unem & figuram dedit Clar. Jacquinus, flor. aut. tab. 310: hæc figura congruit cum nostro, sed contanter observavimus flores purpurascentes: est Cnicus Eritithales Linnaei.

SPINOSÆ CALYCIBUS OVATIS, RECEPTACULIS
PILOSIS, FOLIIS DECURRENTIBUS.

Squamis pungentibus.

Caulis sexpedali.

27. *Carduus altissimus.*

Caulis sexpedalis, gracilis, vix ramosus, totus obductus alis foliosis, spinosis. Folia pauca, semipinnata, spinosissima. Calyces molliter spinosi: flores racemosi, erecti, pedunculi inermes; capitula parva, viscosa: flosculi rubri.

Carduus palustris L. in pratis uliginosis, prope Grodnam, Lososnae. Florebat julio, perennis. Lugdunea.

Obf. Caulis fistulosus, medulla spongiosa infartus: receptaculum pilosum. Semina pappo piloso coronata. In plerisque speciminiibus invenio pedunculos spinosos. Squamae calycis nigrescant.

Floribus nutantibus.

28. *Carduus nutans.*

Caulis ramosus, cubitalis, alatus: alis spinosis, brevibus, interruptis. Folia semipinnata: pinnis angulosis, spinosiss. Flores nutantes, magni; squamae calycum pungentes, patulæ: flosculi carnei; filius subviolaceus. Semina nitida, multo & lato pappo coronata. Flores aromatici. *Carduus nutans* L. communis, juxta vias, Grodnoë florens augusto, perennis. Lugdunea.

*Carduus acanthoides L.*

FLORIBUS COMPOSITIS. 33

Ob. Passim inveni flosculis albis : fragrantissimus florum odor ; indicat virtutes cardiacas.

*Laciniis foliorum divaricatis.*29. *Carduus divaricatus.*

Caulis bicubitalis ; alis foliaceis , brevibus , horridis spinis rotus obductus : folia superne virentia , inferne albantia , semipinnata : pinnis bilobis , spinosis , divaricatis . Capituli congesti , conici , tomentosi : spinæ calycis interiores inermes ; exteriores pungentes : flosculi purei : femina curvata : flores nocte suaveolentes.

Carduus lanceolatus L. frequens juxta vias , Grodnensis ; florens julio , augusto : perennis. Lugdunea.

*Squamis calycis debilibus.**Folis sinuatis.*30. *Carduus sinuatus.*

Caulis plurimi , cubitales . Folia decurrentia , sinuato-pinnatifida , margine spinosa , subtus lincana . Calyces solitarii , pedunculati , erecti ; squamis patulis , vix pungentibus . Flores purpurascentes .

Carduus acanthoides L. Grodnensis , juxta vias , florens augusto : perennis. Lugdunea.

*Alis foliorum crispis.*31. *Carduus Crispus.*

Caulis fragilis , tripedalis , ramosus , alatus ; alis longis , angustis , crispis , spinosis . Folia superne saturate virentia , inferne tomentosa , laciniata ; margine ciliato-

spinosa. Capitula sessilia, congesta, terminantia, Squame calycis acutæ, debiles: flosculi purpurei; stili cyanei. Pappi seminum splendentes.

Carduus Crispus L. in sterilibus & juxta vias, Grodne-sis. Floret junio, biennis. Lugdunea.

Foliis sessilibus.

Caule lanuginoso.

32. *Carduus Tomentosus.*

Caulis firmus, quadripedalis, lanuginosus, ramosus. Folia pinnatifida, sessilia, supra virentia, subtus tomentosa, incana, bifariam pinnatifida: lacinii alternis eretici, spina flavecente, longa, durissima terminatis. Calyx magni, globosi, villosi, squamis spinosis: flores purpureascens. Receptaculum crassum, carnosum. Seminum pappus copiosus, plumosus.

Carduus Eryophorus L. frequens circa Grodnam, in silvis juxta Niemen; florebat augusto: biennis. Lugdunea-montana.

Caule brevissimo.

33. *Carduus Acaulis.*

Folia radicalia plurima, semipinnata: pinnis bilobatis & trilobatis, ferratis, spinosis. Caulis vix uncialis, uniflorus, foliaceus. Flos magnus, longus; squamæ calycis triangulares, mites, glabrae: flosculi purpurei: pappus seminum longissimus.

Carduum Acaulem L. nunquam inveni in Lithuania; observavi circa Varsaviam, in pratis, juxta Vistulam. florebat augusto, perennis. Lugdunea communis.

SPINOSÆ, SQUAMIS CALYCIS MUCRONATÆ,
RECEPTACULO FAVOSO.

Foliis ovato-oblongis, sinuatis.

34. *Onopordon Acanthi folio.*

Caulis sexpedalis, ramosus, foliorum petiolis alatis onus. Folia & caulis tomento albo obducuntur: folia ovato-lanceolata, basi angustiora, dentata, sinuata: dentibus triangularibus, angulotis, aristatis. Flores magni, terminantes: squamæ calycis spina acuta terminatae; imæ reflexæ: flosculi numerosissimi, violacei: receptaculi cellulae quadrangulares, semina ovata, quadrangularia pappo coronata recipientes.

Onopordon Acanthum L. Observavi circa Varsaviam, florens augusto. Lugdunea.

Cardui, Cnicus & *Onopordon* plantæ amarae; utilia medicamenta sub forma decocti medicis pauperum offerunt in morbis, quæ obstrunctiones occultas tanquam causas agnoscunt.

LOSCLUSÆ IRREGULARES, FLOSCULIS RADII LONGIORIBUS, DIVERSIS.

Calycinis squamis serrato-ciliatis.

Foliis integris.

35. *Cyanus plumosus.*

Caulis cubitalis, durus, angulosus. Folia subhirsuta, ovato-lanceolata, amplexicaulia, dentata. Flores purpurei terminantes ramos; calycis squamæ recurvato-plumosa:

N^o 36. CORTICE UNIPETALE.

flosculi coronatrices, maiores, irregulares : pappus in disco
receptaculi longis : femina brevibus pilis coronata.
Centaurea phrygia; L. *Grodensis*, *silatica*; *Grandicis*;
florens augusto. *Delphinalis*.

Folii dentatis.

36. Cyanus dentato folio.

Caulis durus, angulosus, ramosus, tomentosus. Folia
inferiora petiolata, elliptica, dentata aut semipinnata;
extrema pinna majore; caulina linearia. Flores cerulei
ramos terminantes; squamæ calycis pallidæ, serrate,
ciliis albis ornatae; flosculi radii magnoi, quasi bilabiati.
Centaurea cyanus, L. *segetalis*, *communis*, *Grodensis*
florens junio, *julio*: annua. *Lugdunea*.

Obj. Plurimas invenimus varietates, scilicet, 1^o capite brachio
vissimo, foliis omnibus integris; 2^o floribus albis; 3^o
floribus carneis; 4^o floribus verdiesloribus, flosculi radii
albi, disci carneis. Hoc est enim quod in libro de
varietate diversis estatim videtur, sicut in


Floribus panniculatis.


37. Cyanus panniculatus.

Caulis cubitalis, panniculatus, rigidus, ramosus. Folia
numero, sticta, dura, subvillosa, bipinnatifida: pinnæ
linearibus, pinnatisidis; folia superiora simplicia. Flores
numerosi, parvi, terminantes ramos: calyx durus, ven-
tricosus; squamæ ciliis duris, albis, barbatae: flosculi
carnei: receptaculum-papporum; feminum pappus levius.
Centaurea panniculata L. *Grodensis*, *arvensis*, frequens
florens junio: annua. *Lugdunea*.

Obj. Variat colore florum; inveni specimen floribus albi
& carneis.

ορθόφυλος & ΙΑΣΕΑ P. 159. N. 38
τιλοκαστανδοτόρρυφος





FLORIBUS COMPOSITIS. 159

Foliis pinnatifidis.

38. *Cyanus laciniatus.*
Caulis tripedalis, ramosus, sulcatus, oratus. Folia omnia pinnatifida, pinnulae lanceolatiss., firmas, glabra. Flores speciosi, purpurei, magni, nudos ramos terminantes; squama calycis cithis fuscis ornata; flosculi coronæ speciosi; pappus in receptaculo. &c. in seminibus brevis & rigida, in fructibus, communiter ex parte inferiore levigata, scabiosa. Haec frequens in silvis, Grodnensis; florens augusto & septembri. Lugdunensis.

Calycinis squamis aridis, scoriatis.

39. *Jacea tomentosa.*
Caulis pedalis, parum ramosus; ramis angulatis, foliosis. Folia tomentosa, radicalia sinuato-dentata; caulina lanceolata. Flores magno, purpurei; flosculis irregularibus coronati terminantes ramos; squama nitentes, scarioles, laceræ, siccae, fulcæ; pappus in receptaculo copiosus: semina paucis ciliis coronata.

Lentaria Jacea L. communis, pratensis, silvatica, Grodnensis, florens aucto, perennis. Lugdunensis.

Plurimas inveni varietates: 1^o. Pumilam quadrangularem; 2^o. Folis integerrimis; 3^o. Foliis linearibus, angustioribus; 4^o. Floribus albis.

LOSCULOSÆ, SQUAMIS CALYCIS MARGINALIBUS
COLORATIS.

Spinofæ, herbo.

Caulis breviflomo.
40. *Carlina acaulis L.*
Caulis radicalia plurima, magna, ad terram sparsa, glabra, pinnatifida: pinnis angulosis, lobatis, plicatis; angulis

160 COROLLE UNIPETALE.

spinosis. Caulis pollicaris, foliosus, foliis brevissimis: flos terminans maximus; squamæ radii albæ, nitentes, siccæ, semiflosculos imitantes: flosculi innumeri, luteo-virentes; segmentis purpureis: receptaculum crassum, carnosum: femina papposa; calyculis hirsutis pilis coronatis.

In monticulis juxta fluvium Niemen, Grodnensis: flores augusto, perennis, Lugdunea. Radix crassa, nigra, acri-amara; odore penetrante; sudorifera, stomachica, pretiosum medicamentum in hypochondriasi, obstrunctionibus, anorexia, scabie, herpetibus, rheumatismo.

Obs. Squamæ calycis petaloideæ, extus virescunt; in nonnullis speciminiibus caulis prorsus deficit, in his flosculi purpurascentes; folia breviora, angustiora. In terris pinguioribus caulis elongatur ad octo pollices, crassus, foliosus, multiflorus: unde varietas insignis, dicta caulinera.

Caule alto ramoso, calycis radio albo.

41. *Carlina caulescens.*

Caulis erectus, purpureus, subtomentosus, ramosissimus. Folia inferiora sempinnata, pinnis angulosis, spinosis; superiora ovato-lanceolata, amplexicaulia; calycina herbacea, ciliata: omnia spinosa, subtus tomentosa. Flores corymbosi; laminæ radii albo-flavescentes: flosculi pedicei, segmentis purpureis. Semen villosum.

Carlina Vulgaris L. Grodnensis, communis, arvensis; florens julio, agosto: perennis, Lugdunea.

Obs. Huc veniunt specimen, laminis radii flavis, splendebatibus, aureis, caule simplicissimo, unifloro: quæ habent differentia a Vulgari, ut in posterum copiosius illustrentur. Frequens in arvis, propè Grodnam: floret julio.

etiam in aliis locis, elongata et ramosa: flores

FLOSCULOSI

*Bidens cernua. L.*

FLORIBUS COMPOSITIS. 161

FLOSCULOSÆ SQUAMIS CALYCIS
MARGINALIBUS COLORATIS.

Herbæ inermes.

Foliis tripartitis.

42. *Bidens tripartita*,
ulis bipedalis, ramosus. Folia petiolata, trilobata; lobis
profunde ferratis: lobo intermedio majore. Flores erecti,
corona foliorum circumvallati; calycis squamæ virides;
lineatæ; interiores coloratæ: semiflosculi floci, steriles;
coronant discum: semina erecta, dentata, dentibus bre-
vibus retrosum veris.

Bidens tripartita L. composita, in omnibus locis paludosis
& fossis, prope Grodnam florebat julio & augusto:
annua, Lugdunea.

Herba lanas tingit fulvo colore.

Floribus nutantibus.

olis pedalis, subhirsutus. Folia lanceolata, amplexicaulia;
errata: serratulis remotis. Flores cernui, nutantes.
semina erecta; squamæ calycis rotundatae, lineis luteis
litice.

Bidens cernua L. etiam frequens, prope Grodnam ad
fossas; florens agosto: annua, Lugdunea.

Caule brevissimo.

44. *Bidens minima*.

is vix palmatis. Folia lanceolata, sessilia, angusta;
ex dentata. Flores erecti: semina erecta.
Bidens minima L. in arvis humidis, copiose prope Gro-
dnam, florens julio: annua, Lugdunea.

Tom. I.

L

Obs. Plurima inveni specimenia cum seminibus, qua eis
bebant folia jam tripartita: in fossam aquosam haec
species translata pedalem acquisivit altitudinem & prodidit
folia bidentis tripartitæ: unde confirmatur suspicio da-
Schreberi, qui tanquam varietatem tripartitæ minime
pronuntiat.

Squamæ calycis semiflosculosæ, numero

45. *Coreopsis bidens.*

Caulis erectus, cubitalis, ramosus. *Folia* amplexicaulia
sessilia, opposita, lanceolata, ferrata. *Flores* axillares
folii obvallati, nutantes; *calyx* squamæ ovata; ubi
mus ordo plurium semiflosculorum flavorum, patentium
flosculi lutei. *Semina* plana, apice quadridentata.

Coreopsis bidens L. in locis paludosis frequens, pro-
Grodnam; florebat augusto: annua, Lugdunæ.

Obs. Tanta similitudo adest, quoad habitum inter specie-
istam & Bidentem cernuam, ut plurimi cum Helle-
enuntiant illam, tanquam simplicem varietatem Bi-
cernuæ.

COROLLA
UNIPE TALÆ.

FLORIBUS COMPOSITIS.

FASCICULUS II.

Radiatæ.

In calyce communi flosculi nascuntur diversæ formæ; aream
occupant flosculi semini suo innati, infundibuliformes,
plerumque quinquefidi: in his antheræ quinque coalitæ
vaginam largiuntur stilo, apice bicorni; in ambitu cir-
culi floris sunt semiflosculi seu ex tubulo brevi limbum
inguulatum producentes: hi semiflosculi pistillum continent
abique flaminibus.

iter nostras una species, scilicet *Senecio Vulgaris*, semi-
flosculis caret.

FLOS CULI ET SEMIFLOS CULI CONCOLORES LUTEI.

Folia pinnatifida.

Semiflosculis nullis.

46. *Senecio flosculosus.*

Caulis erectus, semipedalis, ramosus. *Folia* amplexicaulia,
semipinnata: pinnulis sinuato-ferratis. *Flores* terminantes
ramos: flosculi plurimi minimi, semiflosculi nulli. *Calyx*
cylindricus, attenuatus, ealyculatus. *Squamæ* apice ni-

164 COROLLÆ UNIPETALÆ.

grescentes, sicciores. Receptaculum nudum. Semina papposa, elongata, subhirsuta.

Senecio Vulgaris L. communis in cultis; floret a vere ad autumnum: Grodnensis, Lugdunea.

Obs. Duabus & tribus viciis, novis seminibus sepe propagat, quolibet anno; vera est observatio Clar. Boehmeri, Flora Lips. In speciminiibus autumnalibus florculos saepe inveni plurimos qui pistillum tantum involvabant, passim in circumferentia vidi limbos jam complantes. In hac specie, sicut in aliis plurimis, calyx pro dilatatione facilitanda invertitur.

Folis pinnato-lyratis, non viscidis.

47. Jacobea sicca.

Caulis erectus, ramosus, tripedalis. Folia pinnato-lyrata lacinias lacinulatis. Flores terminantes subumbellatae calyx glaber: semiflosculi patuli, duodecim, flavi; pedunculi glabri.

Senecio jacobaea L. Grodnensis in pascuis, communis perennis; florens julio. Lugdunea.

Obs. Plurimas varietates inveni: 1°. vix semipedalis, pauciflora, foliis angustioribus; 2°. foliis glabris & villoso; 3°. ramosissima; 4°. caule simplici.

Folis viscosis.

48. Jacobea viscosa.

Caulis cubitalis, ramosus, pilis pinguibus onussum. Jacobaea Vulgaris, sed majora, viscida, pilis numerosis. Flores magni, radiati: radiis revolutis, brevibus; calycis hirtuti; squamæ inferiores fere longitudine radii.

Senecio viscosus L. florebat julio in arvis Economie Labore prope Grodnam. Lugdunea.

FLORIBUS COMPOSITIS. 165

Obs. Planta aquosa, proprium spargens odorem. Salinam senationem excitat cum refrigerio. Pinnulae foliorum contorta, profunde dentatae; dentibus inaequalibus, pilosis: pili copiose fundunt aquam mucilaginosam, glutinosam.

Folis denticulatis.

49. Jacobea denticulata.

Caulis pedalis. Folia pinnatifida, lacinias latis, denticulatis. Flores corymbosi, radiis revolutis, linearibus. Senecio silvaticus L. frequens in silvis, prope Grodnam: florebat junio: annua. Delphinialis.

Floribus suaveolentibus.

50. Jacobea suaveolens.

Caulis quatuorpedalis, rubescens. Folia pinnatifida, lacinias linearibus, longissimis, distantibus, integerrimis & dentatis, late viridibus, glabris. Flores corymbosi, numerosi: corollis radiantibus, calyce longioribus, integris. Flores aromatici, suaveolentes.

florebat junio: in silvis prope Grodnam, juxta Niemen. Obs. Nulla inter Linnaeanas rigorose congruit cum nostra: phrasis Senencionis squalidi sola exprimit praecipua attributa hujus speciei.

Folis lyrato-sinuatis.

51. Jacobea sinuata.

Caulis semipedalis, ramosus, villosus. Folia lyrato-sinuata seu dentibus latis, integerrimis: pedunculi viscidii: radii florum revoluti.

florebat junio, prope Grodnam, in arvis: annua. Videlicet Senecio Nebrodensis Linnaei, nec repugnat figura citata Barrelieri, tab. 401.

166 COROLLÆ UNIPETALÆ.

Foliis incanis.

52. *Jacobeæ incana.*

Caulis villosus, simplex, quadrangularis. *Folia pinnatifida*, albo-tomentosa; *pinnulis contortis*, dentato-serratis et alis foliorum superiorum; *pedunculi biflori*: *semiflocculi* radii erecti; apices squamarum calycis sphaecellati, nigri. Florebat in arvis, prope Grodnam, initio maii, annus videtur *Senecio incanus* Linnæi, bene exprimit illam tabula Barrelieri 262: igitur est *Jacobeæ alpina incana minor.*

Folia integra.

Foliis serratis, -eniformibus.

53. *Solidago Serratifolia.*

Caulis simplex, quatuorpedalis, strictus. *Folia longa*, c. siformia, acute serrata; *subtus subvillosa*. *Flores corymbosi*, terminales, lutescens, magni: *semiflocculi* sexdecim. *Senecio paludosus* L. communis in omnibus locis paludosis prope Grodnam, copiose Lofosnæ. Florens aucto: perennis. Lugdunæ.

Obs. Etiam si apices squamarum calycis sint sphaecellati propter tamen faciem prorsus diversam Jacobeis, conservavimus huic speciei nomen J. Bauhini. *Semiflocculi* sunt patentes, planta vivente: fed viginti quatuor horum ab eradicatione, vere erant revoluti. *Folia* pinguis, superiore viridi-nigrescentia: ferratulae sunt inaequales, obliquæ, longæ. *Caulis* crassitudine digitii, basi violaceo, intus juxta totam longitudinem fistulosus. *Lætitia* foliorum diversa in variis speciminiibus a 4 lineis ad 10.

IACOBÆ αντικοχαμαιωδῶν
incana. L.

P. 166. N. 52.



ANTHERÆ BASI IN SETAS DUAS DESINENTES.

Flore maximo, caule sexpedali.

56. *Helenium grandiflorum.*

Caulis sexpedalis, firmus, erectus, ramosus. Folia maxima, ovato-lanceolata, amplexicaulia, ferrata, rugosa, subtus tomentosa, imma petiolata. Flóss maximus; squamae calycis latissimæ, ovatae, reflexæ; semiflosculi longi, angusti, flavi. Antheræ basi in setas duas desinentes. Inula *Helenium* L. prope Grodnam; florébat julio, iuxta annem Niemen: perennis. Crederem advenam.

Obs. Radix aromatica, præstans contra vermes, tuffin catarrhalem, scabiem, anorexiā: variētatem singularem inveni, in loco dicto Losofna, florentem augusto, ex caule vix pedali, superius tomentoso, flore vix diametri pollicis, foliis rotundioribus.

*Folia amplexicaulia.**Caule prostrato.*57. *Inula prostrata.*

Caulis ramosissimus, cubitalis, flexuosus, prostratus. Folia lanceolata, amplexicaulia, undulata, hirsuta. Flores globosi, flavi, numerosi; calycis squamae tomentosa, densissimæ: semiflosculi breves, flocculi numerosi; pauci pili pappum seminis formantes.

Inula pulicaria L. cōmūnis in arvis, prope Grodnam, annua: florens augusto.

Obs. Raro inter nostras haec species acquirit altitudinem

cubitalem; pleraque specimina vix sunt pedalia; inveni vix palmaria, uniflora: flores viridi-lutescentes, radiis brevissimis.

Huc venit specimen prorsus singulare, eaule vix bipollicari, foliis confertis, linearibus, undulatis, villosis: flos unus, magnus relative ad plantam, terminat caulem.

*Caule lanuginoso.*58. *Inula lanuginosa.*

Caulis cubitalis, superne ramosus, ampliatus, lanuginosus. Polia amplexicaulia, oblonga, integerrima, hirsuta. Calyces laxi, terminales, hirsuti: flores corymbosi, magni, lutei.

Inula Oculata Christi L. inveni prope Grodnam, in silvis, iuxta Niemen: florebat augusto; perennis, Delphinialis.

Obs. Huc venit specimen caule flexuoso, inclinato, unifloro, in posterum uberioris illustrandum.

Folis lanceolatis ferratis.

59. *Inula ferrata.* Caulis ramosus, villosus, erexitus, bipedalis. Folia subamplexicaulia, lanceolata, distincta, ferrata, subtus villosa, angusta. Flores plurimi; semiflosculi radii angustissimi.

Inula Britannica L. inveni circa Grodnam, in silva Browszczyna: florébat julio, Lugdunea.

*Folis cordatis.*60. *Inula cordato folio.*

Caulis lanuginosus, ramosus, totus foliis tectus, cubitalis. Folia amplexicaulia, cordato-oblonga, undulata, subtus

170. COROLEM UNIFETALAE.

intomentosa. Flores flavi, numerosi, mediocres, subumbellati; squamæ calycis angustæ, villosæ, marginibus coloratis: semiflosculi numerosissimi; flosculi innumerari; pappi semen rari.

Inula dysenterica L. communis in pratis silvarum humidis, Grodnensis: florens aucto, perennis. Lugdunea.

Folia: *sessilia.*

Folii hirtis.

61. Inula hirta. Caulis angustus, ramosus, hirsutus. Folia lanceolata, venosa, scabra, recurvata, hirsuta, sessilia.

Flores terminantes, magni; calycis squamae foliacæ, rectæ, ciliatæ: semiflosculi numerosissimi, angusti, flavi, extus purpurei. Inveniuntur in aliis locis. Inula hirta L. sat frequens in silvis, prope Grodnam, juxta Niemę. Florens aucto, perennis.


Obs. Perfecta planta multiflora, sed flores inferiores centrali altiores. Initio aucti inveniuntur specimina, caule unifloro, sed postea evolvuntur flores inferiores.

Folii glabris.

62. Inula glabra. Habitus praecedentis. Caulis angulosus, ramosus. Folia glabra, lanceolata, recurva, nitentia: marginibus ciliatis. Calycis squamæ leves.

Inula salicina L. frequens in fruticetis prope Grodnam, Lososna & alibi, florens julio, perennis. Lugdunea.

ASTER CONIZOIDES αλπικοβόδης




P. 170.

N. 61.

hirta, L.

ASTER ἀλπικαδενδρίζων εἰς ἄνθομηλινος

P. 170. N. 62.



la salicina. I.

Floribus fasciculatis.

63. *Inula fasciculata.*

Habitus salicinæ. Folia sessilia, lanceolata, recurva, scabra: rami multiflori. Flores quasi fasciculati, seu conferti in corymbum ad apicem caulis: calyces longiores, laxi. Inula Germanica L. passim invenitur circa Grodnam, in silvis juxta Niemen, florens Septembri, perennis. Delphinialis.

Obs. Specimina nostra pedalia rigore congruunt cum specimine Linnæano: attamen omnibus rite pensitatis, non sufficienter nobis appetet distincta species.

Obs. 2. Genus inularum mihi videtur valde obscurum: species quas proposuiens sunt tute, quia rigore congruunt cum descriptionibus & figuris; præterea sedulo fuerunt collatæ cum speciminiis a clar. Gouanò determinatis, sed nobis superant adhuc specimina Lithuaniae quæ salientibus attributis ab omnibus jam allegatis differunt? igitur illa omittere debemus, usquequo cum figuris & descriptionibus similioribus proponere poterimus.

Foliis nervosis.

64. *Arnica prataginis folio.*

Caulis cubitalis, simplex. Folia radicalia ovato-lanceolata, nervosa: duo tantum caulina opposita in parte superiori caulis. Flores pauci, duo aut tres, terminantes, flavi, magni, biunciales: calycis foliola ovato-lanceolata; semen hirsutum, pappo coronatum; corollulae radice filamentis quinque, absque antheris.

Arnica montana, L. communis prope Grodnam, in silvis: floribat junio & julio: perennis. Lugdunæ, montana.

Obs. Plurimæ inveniuntur varietates: vidi specimina foliis angustioribus, caule unifloro vix pedali, alia caule tripedali foliis majoribus: in his præter folia duo superiora

amplexicaulia, duo alia observantur radicalibus similia; tribus pollicibus super radicem; tunc duo tantum radicula inveniuntur: numerus flororum etiam diversus, plerumque tres intermedio breviori, sed aliquando quatuor & quinque. In omnibus odor flororum aromaticus, graveolens; folia & radices specialem acredinem possident. Nunquam satis laudanda in febribus putridis remittentibus, in nonnullis dysenteriis; pulvis foliorum egregium sternutatorium: de quibus omnibus videre est egregias & utilissimas observationes clar. Collini, optimi Practici Vondibonensis, de quarum fide, plurimis vicibus in nosocomio nostro observationibus peractis, convidi suimus.

Foliis unctuosis.

65. Cineraria unctuosa.

Caulis cubitalis, villosus. Folia inferiora lanceolata, serrato-sinuata; superiora dentato-sinuata aut integra, amplexicaulia, caulem tegentia undique usque ad flores, qui sunt corymbosi. Calyx simplex polyphillus, aequalis: flos luteus; receptaculum nudum.

Cineraria palustris L. olim *Othonna palustris*: florebat maio, in aquosis, prope Grodnam, communis, perennis. *Obs.* Radix subtuberosa, intus cava, innumeritas radiculas albas producens. Caulis crassus, fistulosus: fistula lanugine obducta, post evolutos primos flores plurimum crescent. Folia radicalia octo pollicum longa, simbus undulatis, villosa, pinguia; caulina hispida, pinguia, sinuata & integerima. Semiflosculi circiter viginti, integri & tridentati; odor flororum aromaticus, sapor proprius, non ingratus. Planta neglecta a practicis; utile tamen adjuvans pro curatione rheumatismi.

Seminibus cymbiformibus muricatis.

66. Caltha graveolens.

Caulis ramosus, pedalis. Folia cordato-lanceolata, amplexicaulia, subdentata. Flores mediocres, graveolentes: calycis squamæ duorum ordinum longæ, angustæ, æquales: semiflosculi & flosculi concolores, lutei: semina cymbiformia, muricata, incurva; extimis erectis, protensis. *Calendula arvensis*. Sponte crescentem inveni in arvis, prope Grodnam; videtur advena: florebat julio, annua. *Lugdunæ.*

Obs. Infusio florum emmenagoga, sudorifera, praestans in vertigine, herpete, ophthalmia.

Foliis bipinnatis.

67. Buphthalmum bipinnatum.

Caulis cubitalis, ramosus, durus. Folia bipinata, ferrato-dentata, subtus tomentosa. Flores corymbosi, terminantes, magni, lutei; calycis squamæ densæ, imbricatae, subhirsuta: squamæ inter flosculos aristatae; semina sub semiflosculis curvata, sulcata, quasi alata; sub flosculis quadrangula: omnia nuda.

Anthemis tinctoria L. Florebat junio: communis in arvis, prope Grodnam: perennis.

Obs. Flores fragrantes, balsami odoris, in tussi Catarrhalis præstantes: folia lanam colore flavo pulchro tingunt.

FLOSCULI ET SEMIFLOSCULI DISCOLORES.

Folia integra.

Caule aphylo.

68. Bellis scaposa.

Folia plurima radicalia, ex petiolo folioso, ovata, crenata, subhirsuta. Scapus nudus, uniflorus, vix pal-

maris. Calyx ex duplice ordine squamarum ovato-lanceolatarum : semiflosculi quadraginta albi ; flosculi lutei. Semina elongata, emarginata, brevibus raris pilis ornata, Bellis perennis L. passim sponte circa hortos rusticorum crescit ; floret maio ; non mihi videtur vere indigena : non quam observavi in pascuis : perennis. Lugdunea, communis,

SEMI FLOSCULI CÆRULEI.

*Foliis trinerviis.*79. *Aster trinervius.*

Caulis bipedalis, erectus, hirsutus, ramosus. Folia impenetrata ; caulinâ sessilia, lanceolata, trinervia, secca, scabra, ciliata. Galycis squamæ ovatae, obtuse, ciliata ; flores subumbellati : pedunculi uniflori, semiflosculi cærulei, numerosi.

Aster amellus L. communis in arvis, prope Grodnam, florens julio, perennis. Lugdunea.

*Foliis succulentis.*70. *Aster succulentus.*

Folia lanceolata, integerima, succulenta, glabra. Caulis ramosus, ramis inæqualibus. Flores corymbosi : semiflosculi cærulei.

Aster Tripolium L. spontanea in littoribus maris Baltici perennis.

SEMI FLOSCULI CARNEI.

*Floribus subumbellatis.*71. *Erigeron umbellatum.*

Caulis pedalis, hirtus, subasper, ramosus : ramis alternis. Folia angusta, lanceolata, molia, subhirsuta, ciliata.

Pedunculi uniflori, axillares, longi : flores mediocres ; calycis squamae villosæ, angustæ : semiflosculi ad quadraginta, carni, filiformes ; flosculi lutei : femina papula, papo longo.

Erigeron acre L. communis in arvis arenosis, prope Grodnam, florens julio, augusto : annua. Lugdunea,

*Floribus panniculatis.*72. *Erigeron panniculatum.*

Caulis errectus, hirtus, ramosissimus. Folia linearia, numerofissima, ciliata, subhirsuta, pallida. Flores parvi, racemosi : panniculati : râcemis elongatis, axillaribus ; calyx cylindricus, subhirsutus : semiflosculi filiformes, pallide carni, numerosi : flosculi lutei, minimi, quadrifidi.

Erigeron Canadense L. communis in arvis, ubique prope Grodnam, floret a julio ad finem autumni, annua : Lugdunea. Flosculi calyces masticari, ætheris sensationem excitant. Horum infusione utilis in astrexia.

DISCO PROPTER STILOS FUSCO.

*Foliis linear-lanceolatis.*73. *Ptarmica integrifolia.*

Caulis cubitalis, ramosus, firmus, errectus. Folia lanceolata, angusta, ferrata : dentibus minianis, firma, acria. Flores parvi, umbellati, umbella laxa : flosculi & semiflosculi albi ; stili fusci ; calyces hirsuti.

Achillea ptarmica L. in omnibus silvis, prope Grodnam, communis, florens augusto, perennis. Lugdunea.

Ob. Herba acris, inodora. Masticata fluxum salivæ adaugit. Pulverem, qui sternutatorius est, saepè cum fausto effectu præscriptissimus contra dolores dentium & coryzam.

FOLIA BIPINNATA.

Flocculis luteis, semiflocculis albis, ovatis.

Foliis subhirsutis.

74. Achillea subhirsuta.

Caulis pedalis, erectus, fulcatus. Folia subhirsuta, firma; bipinnata: pinnulis brevibus, linearibus, dentatis, numerosis. Flores umbellati, parvi; calyces hemisphaerici, squamis imbricatis, margine fuso: semiflocculi ovati, lati, albi, quatuor aut quinque: flocculi lutei, minimi. Achillea millefolium L. communis ubique juxta vias, florens junio, julio, agosto, perennis, Grodnensis. Lugdunæ. Obs. Flores triti fragrantem odorem spargunt; utiles invenimus in spaëmis, hypochondriasi, anorexia. In campus nostris Grodenensis frequens est varietas, caule palmari, semiflocculis rubris.

Foliis tomentosis.

75. Achillea camphorata.

Caulis tripedalis, tomentosus. Folia bipinnata, tomentosa; pinnae rarae, decem, pinnulae pinnatifidae; lacinia decem obtusis. Calyces lanuginosi: semiflocculi albi, sicut flocculi, sed stili flavi, umbellæ dense, semiflocculi reflexi. Odor penetrantior, camphoratus. Achillea nobilis L. frequens inter rudera urbis Grodenæ, florens junio: perennis. Delphinalis. Obs. Præstantior præcedentia in iisdem morbis: phthisicum, qui sputa purulenta exscrebat, evidenter sublevavit.

DISCOLORES,

DISCOLORES, FLOSCULIS LUTEIS.
SEMFLOSCULIS ALBIS, ANGUSTIS.

Folia amplexicaulia.

Foliis laciniatis.

76. Chrysanthemum laciniatum.

Caulis pedalis. Folia inferna cuneiformia; folia caulina amplexicaulia, superne oblonga, laciniata, inferne dentato-ferrata. Flores terminantes; semiflocculi & flocculi lutei. Chrysanthemum Segetum L. rara, circa Grodnam invenit inter segetes; florebat junio: annua.

Cum passim observavi semiflocculis albis, maneat cum sequenti sui generis, etiam si pleraque specimina exhibent semiflocculos concolores luteos.

Foliis dentatis.

77. Chrysanthemum dentatum.

Caulis erectus, cubitalis, ramosus. Folia radicalia petiolata, obovata, obtusa, crenata: caulina sessilia, amplexicaulia, dentata. Flores magni, terminantes ramos, subumbellati; calycis squamæ lanceolatae, marginibus fulcis: semiflocculi albi, numerosi; flocculi lutei; fulma, fulcata.

Chrysanthemum leucanthemum L. communis in omnibus aliis, prope Grodnam florebat junio, perennis. Lugdunæ.

Plurimæ sunt varietates quoad magnitudinem & fissuras Tom. I. M

178 COROLLA UNI PETALA.

foliorum : inveni specimina circa Grodnam , vix palmaria , uniflora , foliis vix dentatis : huc venit specimen foliis succulentis dentatis , caule unifloro , calyce chrysanthemii , cuius flores non vidi : observavi in monticulis prope Grodnam .

FOLIA BIPINNATA.

Receptaculum nudum.

Pinnulis latis.

78. Matricaria latifolia.

Caulis bipedalis , erectus , ramosus . Folia pinnata : pinni semipinnatis ; lacinulis ovatis , latis , obtusis . Flores umbellati , suaveolentes ; pedunculi ramosi ; calyx squamæ oblongæ , marginibus fuscis ; semiflosculi albi flosculi lutei : semina nuda .

Matricaria parthenium L. passim spontanea inventur , etiam advena : floret circa Grodnam junio , augusto : perenne . Lugdunea .

Obs. Flores suaveolentes , præstantes in anorexia , chloro hysteria , hemicrania , tormentibus ventris a flatu .

Pinnulae lineares.

Semiflosculis patentibus.

79. Camomilla patens.

Caulis bipedalis , ramosus . Folia plana , bipinnata : pinni & pinnulis capillaris . Calyces plani : squamae virientes , margine fusco . Receptaculum conicum , elongatum ; semiflosculi albi , patentibus ; semina nuda .

Matricaria camomilla L. communis inter segetes , Grodnensis , florens junio : annua . Lugdunea .

Obs. Amara , aromatica ; utilis contra colicas spasmodicas

FLORIBUS COMPOSITIS. 179

Semiflosculis deflexis.

80. Camomilla deflexa.

Floribus inodoris.

81. Camomilla inodora.

Caulis bipinnata : pinnulis tenuissimis . Flores terminantes ramos , suaveolentes : receptaculum conicum : semiflosculi albi , subtiliter deflexi ; calycis squamæ margine æquales : semina nuda , albicanteria .

Matricaria suaveolens L. communis juxta vias prope Grodnam , florens junio : annua . Delphinalis . Flores spirant gratissimum & proprium odorem ; in febribus intermittentiibus , illorum infusio utile adjuvans suppeditat .

Floribus inodoris.

82. Anthemis odorata.

Receptaculum paleaceum .

Floribus odoratis.

M 2

Caulis pedalis , ramosus , diffusus . Folia pinnato-decomposita : laciñiis linearibus , obscure virientibus ; radii florum patentibus . Semina coronato-marginata . Squamæ glychnæ margine exoleta seu inæqualess , fusca . Receptaculum feniæ globosum , non conicum . Flores magni , inodori . Matricaria inodora L. frequens in arvis & juxta vias prope Grodnam , florens augusto : annua .

Receptaculum paleaceum .

Floribus odoratis .

Anthemis odorata .

Floribus odoratis .

M 2

180 COROLLE UNIPETALA, &c.
albantes : semiflosculi albi, dentati : semen ovato-nicum, nudum.

Anthemis nobilis L. advena : paucim reperitur sponte crescens in hortis derelictis, prope Grodnam ; floret iulio perennis.

Floribus inodoris.

Habitus præcedentis. Caulis ruber, cubitalis. Folia crassiora, majora : pinnulis aristatis, nervis mollioribus receptaculum conicum : squamæ inter flosculos lanceolatæ setaceæ : semina levia, corona ornata : odor flum nullus.

Anthemis Arvensis L. communis in arvis, prope Grodnam ; florens iulio, biennis. Lugdunea.

Floribus foetidis.

84. Anthemis foetida.


Habitus præcedentis. Folia amara, latiora, glabra : pinnae lanceolatis, extrema trifida ; squamæ calycis angustiores. Floris receptaculum valde convexum : squamæ inter flosculos setaceæ : semina non coronata, spinulosa. Flores foetidi.

Anthemis cotula L. communis inter rudera, prope Grodnam ; florens augusto : annua. Lugdunea.

Obf. Herba amara ; in hysteria & scrophulis utilissimum adjuvans.

CICHORIUM ωλατίκαυλον
intibus. L.

P. 181. N.



G O R O L L Æ
U N I P E T A L Æ.
F L O R I B U S C O M P O S I T I S.

F A S C I C U L U S III.

Corollis omnibus ligulatis.

SUNT semiosculosæ Tournefortii, cichoraceæ Vaillantii, planipetala Boerhaavii: in his corollæ primo fistulares explanantur; stamina quinque antheris coalita, vaginam pistillo suppeditant. Omnes sere plantæ hujus fasciculi ex fractis partibus succum album fundunt, aliquando dulcem, plerumque tamen amarum. Folia alterna, flores flavi in omnibus nostris præter cichorium: plantæ medicamentosæ, quæ sunt amaræ; dulces nutritivæ.

E C E P T A C U L U M S Q U A M O S U M.
S E M I N I B U S S U B N U D I S.

Floribus geminis sessilibus.

85. Cichorium Cæruleum.

radix fusiformis, Caulis tripedalis, subprocumbens. Folia radicalia majora; omnia semipinnata: pinnalis triangulis, extrema majori. Flores sessiles, saepe bini, cyanei: calyx duplex, exterior quinquephyllus, inre-

182 COROLLÆ UNIPETALÆ.

rior octophyllus. Semina basi caudata, coronata quinque dentibus; corollæ viginti quinque.

Cichorium intybus L. Ubique juxta vias, Grodneensis florens junio: perennis. Lugdunæ.

Obs. Sat frequens est varietas flore albo; planta amara in obstructionibus, hypochondriasi, rheumatismo, febribus radix & folia præscribuntur sub forma decocti. Palma inveni fasciculatum seu fasciatum caulem, ad latitudinem duorum pollicum, planum, foliis difformatis, crassis monstrum singulare.

SEMINIBUS PAPPOSIS.

Caule subnudo.

Foliis integris.

86. Hypochæris grandiflora.

Radix lignosa, reliquiis foliorum coronata. Caulis pedalis hirsutus, plerumque simplex, uniflorus. Folia radicalia plurima, ovato-oblonga, dentata, hirsuta; caulina rara unum aut alterum. Flos luteus, amplissimus, plenissimus calyx hieracii plurimis foliolis imbricatis, nigricantibus. Squamæ placenta longæ, caudatæ; setæ pappi seminorum ramosæ.

Hypochæris maculata L. frequens in silvis prope Grodnam Grandzicze & alibi. Florens augusto. Delphinalis.


Foliis pinnatifidis, sinuatis.

87. Hypochæris runcinata.

Radix alba, crassa, longa. Caulis ramosus, nudus, levis. Folia semipinnata, aspera, sinuata: pinnulae recte ultimis confluentibus; omnibus modice dentatis. Calyx

HIERACIVM πλατυάνδρος

P. 182. N. 87.



Hypochaeris radicata. L.

FLORIBUS COMPOSITIS. 183

niger, pilosus, foliolis marginibus albescientibus: flos
flavus, plenissimus, extus purpurascens; placenta squamæ
albae, caudatae. Semina longa, lineata; pappi setæ longæ.
Hypochaeris radicata L. pasim in silvis juxta Niemen,
floret augusto: annua. Delphinalis.

RECEPTACULUM *NUDUM.

SEMINIBUS PLUMOSIS.

Calyce simplici.

Foliis gramineis, vaginantibus.

88. *Tragopogon carinatum.*

Radix longa, fusiformis, annulis distincta. Caulis gramineus, cubitalis, brachiatus. Folia vaginantia, graminea, carinata, undulata, nervo lanuginoso. Flos flavus, magnus; calyx ventricosus, cuius segmenta octo, longa, acuta, plerumque exrollat superantia; placenta foveolata, notata. Semen maximum, fulcatum, rugosum.

Tragopogon pratense L. communis in pratis prope Grodnam, florens maio: biennis. Lugdunea. Succus radicis & foliorum saccharatus. Planta nutriendo.

SEMINIBUS PLUMOSIS.

Calyce calyculato.

Foliis amplexicaulibus integris.

89. *Picris aspera.*

Caulis cubitalis, ramosus, foliosus: ramis multifloris penitus. Folia ima petiolata, longe lanceolata, dentata,

M. 4.

184. COROLLÆ UNIPE TALE.

vel integra ; caulina amplexicaulia : omnia hirsuta. Pedunculi multiflori , nudi. Flores magni , lutei : calyx exterior foliolis duodecim brevioribus , linearibus , interiore dimidio brevioribus ; interior foliolis totidem hispidis pene conglutinatis. Pappus plumosus ; semen sulcatum : tota planta hispida.

Picris hieracoides L. passim in arvis prope Grodnam ; florens julio : perennis. Lugdunæ , communis.

Calyce imbricato , squamis laxis.

Foliis runcinatis.


90. *Leontodon runcinatum.*

Folia radicalia plurima , semipinnata : pinnis triangularibus , retro flexis , extrema amplissima. Scapi plerunque plurimi , cavi , uniflori ; flos magnus , luteus : corolla lutea ; calyx glaber , squamosus , squamis inferioribus flexis. Semen ovato-acuminatum , echinatum. Stipes papposus maturescens feminibus. Omnia foliola calycis invertuntur : tunc placenta alba , convexa , foraminibus minimis excavata. Stamina vix distinguenda oculo nudo. *Leontodon taraxacum* L. communis ubique in pratis & pastuis , prope Grodnam ; floret a fine martii ad septembrem : biennis. Lugdunæ.

Obs. Ex una radice , modo scapus unus , modo plures ad decem , villosi , colorati : altitudo scapi aliquando pedalis & vis biuncialis. Laciniae foliorum modo dentatae , modo integrerrimæ. Inveniuntur specimen foliis latissimis & angustissimis. Planta lactescens & americana , in anorexia , hypochondriasi , ictero , scorbuto , obstructiōnibus pretiosa.

foliis , scapo , radice , &c. in aliis .

HIERACIVM ALτωλικαυλορρέπες




P. 185. N. 9

Leon = todon hys = spidum, L.

HIERACIVM ALP. χαμαιλασιοταχύφυλλον

P. 185. N. 91.



Leontodon hirtum. L.



SCORZONERA ópeostropu^mπτuxos
humilis L.

P. 185. N. 93



FLORIBUS COMPOSITIS. 185

Foliis angustis hirsutis.

91. *Leontodon hispidum.*

Caulis pedalis uniflorus. Folia radicalia sicca, aspera, pilis ad lentem vitream breviter bifurcatis, dentata dentibus triangularibus, ultimo triangulari majori. Calyx hispidus, fuscus: flos magnus. Seminis stipes papposus. Leontodon hispidum L. Communis in pratis & pascuis, prope Grodnam, florens junio: biennis, Lugdunea,

Foliis variis glabris.

92. *Leontodon glabrum.*

Termini caules ramosi, ramis unifloris. Folia radicalia glabra, varia, aut pinnata aut semipinnata: pinnulis variae figurae, integris, longis; aut integra, aut dentata. Calyx lividus, glaber: flos flavus. Semina columnaria. Pappus fessili juxta Hallerum: subfispitatus, plumosus, iuxta Linnaeum.

Leontodon autumnale L. Communis in pascuis juxta vias, florens septembri: perennis, Lugdunea.

Calycibus imbricatis margine scarioso.

Foliis nervosis.

93. *Scorzonera nervosa.*

Radicis maxima lignosa, annulata. Folia radicalia longa, glabra, lato-lanceolata, nervosa, plana. Caulis erectus, nudus, pedalis. Stipulas breves. Flos unus, pallide luteus, magnus: calycis folia trium quatuorve ordinum, posteriora longiora, margine alba; corollæ lineatae: semina sulcata, pappo plomofo, fessili, coronata.

Scorzonera humilis L. Communis in pascuis & pratis, circa Grodnam, florens; perennis. Lugdunea, montana.

Latitudo foliorum diversa in variis speciminiis: inveni folius angustissimus.

SEMINA PILOSA.

*Calycibus calyculatis, squamis difformibus.**Foliis runcinatis, pinnatis & integris.*94. *Crepis polymorpha.*

Caulis erectus, ramosus, bipedalis, brachiatus. Folia radicalia ferrata, caulinata pinnata; pinnis angustis, alternis majoribus, extrema maxima. In summo & penultimo cauli, plurimi flores umbellati, exigui: semifolium facie externa purpurei; calyx squamæ pilis nigris aspersæ. Semina longa, tenuia.

Crepis tectorum L. Florens junio; in silvis & arvis perennis, Lugdunea.

Obs. Polymorpha dicitur propter varias formas, quas exhibet. Folia præsertim proorsus diversa sunt in variis locis, modo vix laciniate, modo pinnatifida, lacione latioribus, aut angustissimis.

*Foliis omnibus lyrato-pinnatis.*95. *Crepis muricata.*

Radix longe conica. Caulis sulcatus, inferne hirsutus; superne levis, ramosus, ramis longis paucis; foliis altissimus. Folia radicalia plurima, brevi & albo villosa hirta, longe petiolata, varia, alia ovato-dentata, alia pinnatifida, pinnula extrema maxima: folia ad divisiones caulis semipinnata, basi angusta, suprema lanceolata. Duæ bractæ florales: calyx sulcatus, hirsutus seu muricatus, aculeis mollibus. Foliola ovata, ad basim brevia, interiora lanceolata, marginibus albis. Flos plenus, flavus, exstus purpurascens: semina sulcata, flava, pappo sessili.

Crepis biennis L. in paseuis & pratis, sat frequens circa Grodnam, florens julio, augusto: biennis, Lugdunea.

*Calycibus calyculatis multifloris.**Foliis pinnatifidis & linearibus.*96. *Chondrilla viscosa.*

Folia radicalia cito pereuntia, semipinnata; nervo folioso, acute dentato, fine lanceolato; pinnularum dentes recti, etiam retroflexi. Caules duri, basi hirti, superne leves, ramosi. Folia caulinata inferiora, radicalibus similia, sed angustiora: reliqua linearia. Flores breviter petiolati, exigui. Calyx tubulosus, cuius pars major facta longis foliolis, in juniori planta conglutinatis, in adulta discedentibus; ad basim calycis foliola brevia, lanceolata. Semen asperum, stipitatum: pappus simplex. Chondrilla juncea L. passim in arvis arenosis, prope Grodnam, florens julio: perennis. Lugdunea.

*Calycibus calyculatis subquinfloris.**Foliis runcinatis levibus.*97. *Prenanthes parviflora.*

Caulis tripedalis, ramosus. Folia inferiora pinnata, nervo ferrato, uno fere pinnarum pari, extremo folii lobo amplissimo, trianguli, trilobato, circum ferrato; foliæ caulinata amplexicaulæ, longe lanceolata. Flores exigui, penduli, nudos ramos terminantes; calyx cylindricus; foliola quinque, intus squamæ quatuor ad basim foliolum; corollæ quinque luteæ. Semen ovato-acuminatum, lineatum, nigrum; stipes pappiger, evidens. Prenanthes muralis L. passim in silvis prope Grodnam, juxta Niemen, florens julio: perennis. Lugdunea.

PAPPUS PILOSUS, STIPATUS.

*Calycibus imbricatis, margine scarioso.**Foliis angustissimis.*98. *Lactuca angustifolia.*

Caulis cubitalis, ramosus & foliosus, glaucus. Folia inferiora linearis-dentato-pinnata, lacinia sursum dentatis, caulina amplexicaulia, longe lanceolata, nervo aculeato, glauco. Flores spicati, parvi: calyx longus, cylindricus; imbricatis foliolis: corollæ luteo-pallida. Semina acuta stipite corona setarum simplicium mollium exterrinato.

Lactuca faligera L. sat frequens prope Grodnam, in agris, florens auctus. Lugdunea, montana.

*Foliis latioribus.*99. *Lactuca latifolia.*


Caulis tripedalis, ramosus, spinosus. Folia dura, amplexicaulia, semipinnata: pinnulis ferratis, nervo spinoso; superiora brevia, lanceolata. Calyx vifidus: semiflosculi pauci, pallentes.

Lactuca scariola L. frequens in arvis, prope Grodnam, florens auctus: annua. Lugdunea.

Obf. Vix nobis videtur distincta species lactuca Virosa Linnaei; in variis nostris speciminiibus invenimus folia horizontalia & verticalia: ceterum planta virosa, plurimum promittit practicis contra hydroponem, juxta observationes clar. Collini,

HIERACIVM P. 189. N. 10

τωνυώατον
sabaudum. L.



FLORIBUS COMPOSITIS. 189

PAPPUS PILOSUS, SESSILIS.

CALYCIBUS IMBRICATIS, OVATIS.

CAULE FOLIOSO.

Floribus umbellatis.

Foliis linearibus.

100. *Hieracium umbellatum.*

Caulis rectus, firmus, tripedalis. Folia caulina remota, firma, glabra, subdentata, angusta. Flores terminantes, umbellati: pedunculi longi; calyx lividus: flos flavus. Semen nigrum, sulcatum, oblongum: placenta foveolis profundis.

Hieracium umbellatum L. communis in silvis, prope Grodnam, florens aucto: perennis. Lugdunea.

Caule multifloro.

Foliis latis.

101. *Hieracium multiflorum.*

Caulis hispidus, erexit, quinquepedalis. Folia inferiora longa, ovato-lanceolata, acuminata, hirsuta, dura; caulina similia, numerosissima; superiora breviora, amplexicaulia, dentata, aut integra. Flores numerosi, pedunculis villosis; Bractea linear-lanceolatae ad basim peduncularum; calyx hirsutus aut glaber: flos parvus; placenta foveolis excavata: semen elongatum, nigrum, quatuor plana exhibens.

Hieracium fabaudum L. communis in silvis, prope Grodnam, florens julio: perennis. Lugdunea.

190 COROLLÆ UNI PETALEÆ.

Floribus panniculatis.

Foliis amplexicaulibus.

102. Hieracium panniculatum.

Radix ex trunco brevi plurimas tenues radiculos emittit. Caulis bifurcatus, glaber, panniculatus. Folia inferiora petiolata, petiolo lato, dentato; dentata, dentibus magnis; caulina amplexicaulia, ovato-lanceolata, dentata, dentibus ferratis. Pedunculi simplices & ramosi; calyces hirsuti pilis nigris: flores parvi. Semen elongatum, sulcatum.

Hieracium paludosum L. frequens in omnibus pratis uliginosis, prope Grodnam, Lofostiae: perennis. Lugdunæ, montana.

Oif. Huc deberet venire Hieracium Cerinthoides nominatum in Chloride Grodneni, quod sotia caulinæ oblongæ, semiamplexicania offert; sed omittimus, ut pote nondum rigorose demonstratum, & ulterius illustrandum.

Caule subnudo.

103. Hieracium subnudum.

Caulis bipedalis. Folia radicalia petiolata, ovato-lanceolata, basi dentata, caulinæ pauca, rara. Flores terminantes ramos nudos, longos, raram & paucifloram unbellam faciunt; mediocres lutei; calyx nigricans, hispidus: semina nigra, elongata, sulcata: placenta foveolis excavata.

Hieracium mororum L. communis ubique in silvis, florens junio: perennis. Lugdunæ.

Oif. Apud nos varietas foliis maculatis rarissima. Frequenter varietas foliis laciniatis, nec rara foliis pilosissimis, integerimis, aut dentatis.

HIERACIUM *macropterov* P. 190. N. 102.

amplexicaule

L.




HIERACIVM

Cymosum. L.

χαμαισκαδιοφόρον

P. 191. N. 105



FLORIBUS COMPOSIS. 191

Caulē scapoſo ſeu nudo, multifloro.

Floribus ſpicatis.

104. Hieracium ſpicatum.

Caulis bipedalis, hirsutus, rectus, aphyllus, ſimplex. Fo-
lia omnia radicalia, ovata, mollia, brevibus pilis hir-
ſuta, petiolata; in ſummo caulis racemus florū; cir-
citer 20 pedunculi ſimplices & ramosi; ſtipulae villoſae,
ad baſim pedunculi cujuſque: flores parvi, lutei; ca-
lyces glabri, elongati: ſquamæ minores ad baſim ma-
jorum.

Hieracium præmorſum L. paſſum in ſilvis prope Grodnam,
juſta Niemen, florens julio: perennis. Delphinalis.
Oſ. In iſta ſpecie radix eſt truncata, ſicut in ſcabiō ſuc-
cia: unde præmorſa dicitur: cæterum amara, ſicut ple-
rūque hujus faſiliae.

Floribus ſubumbellatis, parvis.

105. Hieracium cimoſum.

Caulis ſimplex, bipedalis, hirsutus. Folia radicalia hirsuta,
lanceolata, parva, ereta, obtusa, caulinā pauca, duo
aut tria, ſapē unum tantum. Flores ſubumbellati termi-
nati caulent; pedunculi ramosi, hirsuti: flores parvi,
lutei; calyces hirsuti.

Hieracium cimoſum L. communis ubique in pratis, prope
Grodnam: florens julio: perennis. Delphinalis.

Stolonibus reptantibus.

Foliis anguſtis.

106. Hieracium stoloni anguſtifolium.

Caulis levis, repens, nudus, multiflorus; ſtolones reptan-
tes. Folia anguſta, acuta, glabra, paucis pilis longis

392 C D R O L L A E U N I P E T A L E.

ornata. Pedunculi ramosi, hirsuti : flores parvi ; calyces hirsuti, nigri : placenta foveolis excavata.

Hieracium auricula L. in pascuis, prope Grodnam Poniam, florens julio, perennis. Lugdunea.

Foliis latioribus.

107. Hieracium stolonii latifolium.

Caulis pedalis. Folia integerrima, ovato-lanceolata, pilis longis. Quinque aut sex flores umbellati terminant caulem. Stolones repentes. Calyx hirsutus : flores coloris sulphuris ; pedunculi simplices.

Hieracium dubium L. passim in sterilibus, juxta Niemen, florens julio : perennis. Delphinalis.

Scapo nudo, unifloro.

Caule repente sterili.

108. Hieracium repens uniflorum.

Caulis erectus, nudus, uniflorus ; stolones reptantes. Folia petiolata, ovata, longis pilis vestita, subtus albescens, tomentosa. Flos magnus, sulphureus ; calyx niger, hispidus.

Hieracium pilosella L. communis ubique in pascuis, prope Grodnam ; florens a primo vere ad finem aestatis ; perennis, Lugdunea.

Calycibus imbricatis, gibbis.

Caule sexpedali.

109. Sonchus sexpedalis.

Caulis sexpedalis, ramosissimus. Folia pinnato-hastata, apiceque hastata, aspera. Pedunculi & calyces hirsuti, flores congesti, subumbellati.

Sonchus

50

P. 193. N. I.



Sonchus oleraceus. L. v. *Latifolius*.



Sonchus oleraceus L. v. Lævis angustifolius.

P. 193. N. II.

FLORIBUS COMPOSITIS. 193

Sonchus palustris L. frequens in pratis paludosis, prope Grodnam, Lofofnæ, florens agosto: perennis. Lug-

Calycibus hispidis.

110. *Sonchus hispidus.*

Caulis fistulosus, tener, fragilis, superne hirsutus, brachiatus, tripedalis. Folia amplexicaulia, firma, nervis quasi spinoso-caeruleo; varia: alias sagittata, alias semi-pinnata, alias integra, omnia ferrata. Pedunculi hispidi: pilis hispidi; pappus sessilis, simplex. *Sonchus arvensis* L. communis in agris prope Grodnam, florens junio, julio, agosto: annua. Lugdunæ.

Calycibus Glabris.

111. *Sonchus glaber.*

Caulis ramosus, cubitalis. Folia aspera, glauca & levia, varia, seu dentata, integra & semipinnata, superiora amplexicaulia. Pedunculi inaequales, glabri: flos pallidus; calyces glabri.

Sonchus oleraceus L. communis ubique in agris cultis, prope Grodnam; florens julio, agosto: annua. Lugdunæ. Huc veniunt sequentes varietates: 1°. *Sonchus levis*, laciniatus, latifolius; 2°. *Sonchus levis minor*, paucioribus laciniis; 3°. *Sonchus asper* laciniatus & non laciniatus; latifolius & angustifolius, qui a Loefelio fuerunt descripti & delineati.

Secus sonchorum copiosus, lacteus, amaricans, utilis in infartibus imi ventris, in febribus intermittentibus, anorexia. Planta praecipuum nutrimentum leporum & cunicularum.

Tom. I.

N

PAPPUS NULLUS.

*Calycibus calculatis.**Petiolis pinnatifidis.*112. *Lampsana sonchi folio.*

Caulis erectus, quadripedalis. *Folia* inferiora ad petiolam pinnata : pinnulis parvis, ferratis, extrema maxima ovali ; *folia* superiora lanceolata, acuminata, ferratae. *Flores* parvi, lutei, subumbellati ; pedunculi tenues ramosi ; *cályx* cylindricus ; squamae longae, inferiore distinctae, breviores, omnes canaliculatae. *Semina* nuda curva, striata.

Lapsana Vulgaris L. in silvis prope Grodnam frequens florens julio : annua. Lugdunea.

Obs. Inveni circa Grodnam specimenum vix pedalia : foliis omnibus integerrimis, floribus paucis.

FINIS TERTIAE COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ,

S E U

POLYPETALORUM
COLLECTIONI.

UMBELLIFERÆ.

HAC naturalissima classis Eryngii, cum composita videnti affinitate conjungitur. Radix plerisque umbelliferis est fusiformis, crassiuscula, exarata, striata transversilibus, & quasi annulis, capillata fibris ottis, ex his annulis. Caulis herbaceus, fistulosus, medullosus, plerumque striatus ; rami & folia alterna. Folia plerumque pinnata. In plerisque flosculi pedunculati. Umbelle compositæ ; involucra seu plurima foliola involvunt basim umbellæ & umbellulae ; fructus inferus, ex duobus seminibus agglutinatis, maturitate bipartibilis, plerumque retitus calyculo proprio, seu denticulis : germinis tenero impositum est callosum, bicole receptaculum. Corolla pentapetalæ ; stamina quinque sunt & sili duo. Petala cordiformia, interdum plana. Flores in peripheria umbella positi, ab interioribus in plurimis diversi, radiatam umbellam reddunt, more compositorum radiatorum : in aliis petala exteriora interioribus longiora sunt ; in

N 2

umbellis confertis, flores in medio steriles plerumque evadunt: cæterum pleræque umbellifera oleum essentiale fovent in semen cortice, principiumque aromaticum in radicibus & caulinibus. Nonnullæ nauseofæ & venenofæ.

FASCICULUS PRIMUS.

UMBELLATÆ.

INVOLUCRO UNIVERSALI, PARTIALIQUE

FLORIBUS CAPITATIS.


*Receptaculo paleaceo.**Foliis integris planis.*I. *Eryngium latifolium.*

Caulis erectus, striatus, medullosus, bipedalis, ramosus. Folia radicalia longe petiolata, cordato-ovata, serrata, crenata, obtusa; caulina infima, petolo vaginante breviori, similia radicalibus, sed minora; superiora scilicet quasi palmata, ferratis lobis, dentibus spinula terminali. Involucrum hexaphyllum, foliolis angustis, lanceolatis, capitulo longioribus. Squamae receptaculi spinosæ, dense.

Eryngium planum L. commune in campis Gronensibus; florebat junio prope Horodniam.


Obs. Folia involucri, in juniori planta, certe capitulo longiora; sed in adulta tali modo elongatur capitulum ut vix capitulo sint æqualia, serratulae foliorum inæquales, subcartilagineæ.

E R Y N G I I S V P E R I O R I S φύλλον & άνθος
alpini L.



P. 197. N. 2

ERYNGIUM
alpinum L.



UMBELLIFERÆ.

197

Ramis tinclis.

2. Eryngium cæruleum.

Habitus præcedentis, sed ramosior. Folia radicalia magis cordata, caulinis etiam similia, scilicet palmarata; lobis spinosis sed angustioribus. Involucrum enneaphyllum, seu ex novem foliolis linearibus, dentato-spinosis conflatum. Capitula crassiora, & longiora quam in præcedenti. Caulis, sed præsertim rami, pulchri amethystini coloris splendentis.

Obf. Militat inter Planum & Alpinum Linnæi. Sed certe non est Alpinum: differt foliis radicalibus minus evidenter cordatis, caulinis lobis angustioribus, foliolis involucri nullo modo pinnatis, & vix dentatis minus numerosis. In nostro, etiam squamæ hamatae capitulorum, sunt saturate cæruleæ splendentes.

Passim in arvis inveni, prope Grodnam, florentem fine junii. Perennis.

Eryngium planum cæruleum campestre Polonicum Corvinis ic. Barrelieri 1174, perfecta exhibet faciem nostræ speciei: unde effet mera varietas Plani Linnæi.

Caule brevissimo.

3. Eryngium pusillum.

Caulis quadriuncialis, ramosus, tenuis, sulcatus. Folia radicalia vix basi cordata, oblonga, incisa, lobis ferrato-spinosis; caulinis profondius incisa, lobis quinque, dentato-spinosis, latioribus quam in præcedentibus speciebus. Involucra foliola sex, lanceolata, ad latera uno aut altero dente spinoso notata. Capitula sessilia involucro duplo breviora, squamis erectis spinosis.

Obf. Rami nullo modo cærulescunt. Est-ne simplex varietas Eryngii plani? aut potius Eryngium pusillum Linnæi inveni cum feminib[us] mente septembri in arvis prepe-

N 3.

Grodnam in loco dicto Poniemun: eodem tempore & in eodem loco inveni specimina ejusdem magnitudinis, ramis & capitulis amethystinis, deficientibus foliis radiis, calibus; sed foliis caulinis inferioribus, & superioribus, sicut involucris, tam perfecte referebant Eryngium purissimum amethystinum Barrelieri tab. 376. f. 3. ut nullo modo dubitem, quin delineaverit iste Author propositus similis specimen.

Verum Eryngium amethystinum deleatur in Chloride Grodneni; nam Varsoviente specimen, est etiam secundum nostrum.

F L O R I B U S A B O R T I V I S,

S U B - U M B E L L A T I S.

Seminibus muricatis.

Foliis simplicibus trilobatis.

4. Sanicula trilobata.

Caules erecti cubitales. Folia duriuscula: radicalia longe petiolata, profunde trilobata, lobis lateralibus bipartitis, omnibus iterato-tridentatis ferratis. Folia caulinis pauca, unum ad originem cujusque umbellae, lobis angustioribus magis dentatis: umbellae diffitae in longis pedunculis, quae subdivisae ferunt a quinque ad decem umbellulas. In quavis umbellula flores subcapitati, circiter viginti, sessiles: quorum plerique abortiunt.

SANICULA EUROPAEA L. communis in omnibus silvis Lithuaniae: florebat circa Grodnam: maio, junio: perennis, Lugdunea.

Obs. Decoctum vulnerarium praefans, praesertim post cibum, quando sanguis effusus stagnat in textu celluloso

F L O R I B U S R A D I A T I S.

I N V O L U C R O D E C I D U O.

Seminibus membranaceis.

Foliis pinnatifidis latis.

5. Heracleum latifolium.

Caulis tripedalis, crassus, fistulosus. Folia maxima hirsuta, pinnata, foliolis semipinnatis, seu quinquelobis, aut septemlobis, laciniis latis. Umbellæ maximæ. Involucrum universale nullum, partiale ex tribus aut sex foliolis. Petala alba aut rubentia, exteriora in circumferentia quadruplo majora, omnia cordiformia; stili brevissimi: semen pene planum, emarginatum, striatum, aliis latis. Heracleum Sphondylium L. in pratis humidis sat frequens prope Grodnam Losofnae, & alibi: florens julio: perennis, Lugdunea. Herba & semina acria, leniter aromaticæ. Spiritum vini viridi colore tingit: hanc non amat pecus: in acervos congesta saccharo cauſico-efflorescit, ex quo fermentato spiritus inebrians formatur: qui exigua copia caput turbat, graviaque somnia facit.

Foliis pinnatifidis angustis.

6. Heracleum angustifolium.

Habitus praecedentis. Caulis tripedalis, striato-fuscatus, hispidus. Folia pinnata, foliolis angustioribus quam in praecedenti, acutis, fere glabris. Petala subviridia.

Heracleum Angustifolium L. communis prope Grodnam in silvis juxta Niemën, florens julio: perennis. Lugdunea, montana.

IN VOLUCRO SIMPLICI.

*Seminibus coronatis, setulibus.**Foliis diversis & fistulosis.*7. *Enanthe fistulosa.*

Radices stoloniferæ, passim bulbos producentes, in luto aquoso diffusæ. Caulis erectus, debilis, fistulosus, pene foliis nudus. Folia ima penitus diversa, duplikato-pinnata: foliolis minimis rotunde lobatis, seu quinquepedatis, planis; folia caulina ex nervo fistuloso, pinnulis paucis trifidis sensim angustioribus, filiformibus, fistulosis. Umbella universalis paucas umbellas peculiares producit, tres aut quatuor rotundas, densas. Involucrum universale unifolium, vel nullum; peculiare foliorum trium ad decem latiusculorum, alborum, brevium: petala alba, extus subrubella; exteriora majora: femina pentagona, pyramidalia, cornuta.

Enanthe fistulosa L. inveni in aquosis silvæ Bobrowszczyzna, florentem junio. Grodnensis, Lugdunea.

Obs. Semina aromatica: radices ingratis spargunt odorem; mihi suspecta tanquam venenum.

IN VOLUCRO PINNATO.

*Seminibus hispidis.**Foliis & seminibus hispidis.*8. *Daucus hispidus.*

Caulis erectus, cubitalis, & bicubitalis. Folia magna hirsuta, subaspera, numerosis pinnis pinnatis: pinnulus

UMBELLIFERÆ.

201

profunde & acute semipinnatis & bitridentatis. Involucra magna ex foliis cavis pinnatis, peculiaria ex foliolis linear-lanceolatis; per maturitatem tota umbella hemisphaerii cavi figuram induit, cujus paries est involucrum. Flores exteriores valde difformes; interiores pene regulares: flos sterilis in centro umbellæ purpureus. Semina aspera, hirsuta, alis ferratis percussa.

Daucus Carota L. communis in Lithuania; tota aestate floret in campis circa Grodnam: annua, Lugdunea.

Obs. Semina aromatica; gratum saporem cerevisiæ conciliant; fatus discutunt; in anorexia utilia; evidenter urinæ fluxum adaugent: radix Dauci sativi utile nutrimentum; phthisicos, dysentericos carcinotosos sublevans.

FLORIBUS FERTILIBUS.

IN VOLUCRO SIMPLICI.

Seminibus aculeatis.

Umbellis confertis, flosculis rubentibus, semine aspero.

9. *Tordylium asperum.*

Caulis erectus, ramosus, tripedalis. Folia duplikato-pinnata, foliolis pinnatifidis ovato-lanceolatis: impari longiore. Umbellæ planæ plerique, rubentes, confertæ. Involucella longa; corollæ radiatæ, omnes hermaphroditæ: femina ovata, tribus alis spinosis percussa, aculeis brevibus.

Tordylium Anthriscus L. frequens in Lithuania: florens circa Grodnam julio: Annua, Lugdunea. Est Caucalis apud Hallerum.

Pasim varietas caule semipedali, simplici, foliis pinnatis, foliolis angustioribus, linearibus: in omnibus involucrum generale nullum.

FLORIBUS FLOSCULOSIS, ABORTIVIS.

Petalis cordatis, seminibus quadrivalvis.

Foliis latis cordatis.

10. Laserpitium latifolium.

Radix crassa, odorata, coronata setis. Caulis brachiatus, tripedalis. Petioli basi amplissimi, nervosi, vaginantes. Folia duplato-pinnata, foliolis firmis oblique cordatis, magnis, dentato-serratis, dentibus paucis, semiblobatis, trilobis. Umbella amplissima: involucrum universale ex octo foliis late lanceolatis; peculiare ex paucioribus angustioribus: petala inflexa, emarginata, patentia, in circumferentia subirregularia, lutea: semina angulis odio membranaceis notata; quatuor in quoque semine. Laserpitium latifolium L. communis in omnibus silvis prope Grodnam, flores Julio: perennis. Lugdunea, montana radix acris, aromatica, praestans remedium in herpetibus anorexia, suppressione menstruorum, rheumatismo chronico.

Foliis latis tripartitis.

11. Laserpitium trilobum.

Plurimum quoad habitum & foliationem praecedenti simile sed differt foliolis trilobatis, lobis obtusis, apice incisis, sat bene folia Aquilegiae referentibus: in umbella universalis involucrum ex paucis foliis; petala parva, alba semina striata & alata.

Laserpitium Milobum L. inveni circa Grodnam in silva juxta Niemen: florebatur Julio, perennis. Radix aromaticæ, penetrans.

Foliis angustis, germinibus hispidis.

12. Laserpitium hirsutum.

Caulis tripedalis, hirsutus, praesertim versus basim. Folia pinnata hirsuta, foliolis pilosis, lanceolatis, integerimis. Umbella plana, umbellulis subconvexis, radiis villosis: universalis involuci foliola, a sex ad novem, concava, subtus villofa, ad marginem membranacea, alba, reflexa; involucra partialia fere longitudine umbellularum: petala subæqualia alba, cordata: Germina villosa: semina alata; matura glabra.

Laserpitium prutenicum L. communis prope Grodnam, in arvis: floret augusto: Delphinalis. Semina subacria ante maturitatem apud nos certe viscosa: unde placet phrasis Breynii qui, in centuria prima tab. 84, bonam hujus plantæ dedit figuram: appellavit illam Laserpitium Daucoides Prutenicum viscosa semine: vere enim habitatum Dauci carotæ exhibet.

IN VOLUCRO SIMPLICI.

Seminibus depresso striatis.

Foliolis lobatis.

13. Peucedanum trilobatum.

Radix crassa, villis coronata. Caulis sulcatus, cubitalis. Folia duplato-pinnata, atro-virentia, amplissima; angulis laciniis elliptico-lanceolatis, bilobis, trilobis seu

ultimis tribus confluentibus. Involucrum universale bifolium; particulare ex decem foliolis brevibus angustis: Petala æqualia viridi-lutea, cordata: semina ovata, complanata, trifalcata, tribus eminentiis in dorso percursa.

Peucedanum Silaus L. sat frequens in pratis, prope Grodnam, Labna. Lugdunea. Florebat julio: perennis. Vix pecora herbam tangunt, femina aromatica, vere diuretica: in herpetibus & rheumatismo chronicō utilia.

Foliolis filiformibus.

14. Peucedanum filiforme.

Caulis tripedalis. Folia pinnata seu quinques tripartita, filiformia, linearia. Involucra brevissima. Flores disci abortivi. Fructus ovatus. Semina striata, ala cincta.

Peucedanum Officinale L. In Lithuania non credo spontaneam; passim observavi in hortis derelictis circa Grodnam. Radix aromatica, acris. Succus in Asthma humano, hysteria, hypochondriasi utilis.

FLORIBUS FERTILIBUS.

PETALIS CORDATIS.

IN VOLUCELLIS DIMIDIATIS.

Seminibus gibbis, costato-falcatis.

Herba naufragia, caule maculato.

15. Conium maculatum.

Radix crassa, magna. Caulis nervosus, crassitudine digitis, maculis purpureis, seu atro-rubris pictus, fistulosus, nodosus, ramosus, quatuorpedalis. Folia nitida, firmula,

saturate viridia, triplicato-pinnata: foliolis lanceolatis, obtuse dentatis, dentibus quinque, aut septem. Umbellæ plurimæ. Flores albi. Involucrum universale, ex tribus, quatuor, quinque foliolis latiusculis, reflexis, brevibus: partiale ex folio uno trifido, unum latus umbellæ occupante; petala emarginata, apice inflexo, eminente jugo divisa, in floribus circumferentia difformia; filii brevifimi: semina subglobosa, quinque sulcis striata, jugisque crenatis notata.

Conium maculatum L. Cicutæ Halleri, Tournefortii: sat frequens prope Grodnam in pratis humidis, florens junio: biennis. Lugdunea. Odor radicis & herbæ ingratus, nauseosus: herba extracto, & pulvere, methodo immortalis Storckii praescriptis, sanavimus in Lithuania nobilem Pölonum, carcinomatè rodente, qui jam quartam partem linguae consumperat; plurimos scirrhos mammorum dissipavimus: cancros duos vere jam exulceratos ad solidam cicatricem reduximus: extracto cicutæ & emplastro plurima ulcera cacoethica in nosocomio Regio Grödenensi radicaliter sanavimus: quorum unum cum carie in tibia erat complicatum.

Seminibus convexis, striatis.

Foliis divaricatis, angustioribus.

16. Athamanta divaricata.

Radix crassa, fetis coronata. Caulis firmus, bipedalis, ramosus. Folia triplicato-pinnata, ampla, firma, subtus foliolis, quinquedentatis: impari trilobato. Involucra ex multis foliolis spadiceis. Petala inflexo-cordata, alba, percursum, cum alis membranaceis, calyce coronatum.

Athamanta. Oreoselinum L. Selinum Halleri. Communis in silvis prope Grodnam, florens julio : perennis. Lugdunea. Radix resinosa, aromatica, & tota planta odorata. Semen oleum essentiale volatile fundit ; infusum herbae gratum odorem spargit ; tota planta praecipuis pretiosa, sudorifica & diuretica in omnibus morbis chronicis, in quibus sudores excitandi & urinæ adaugendæ, pretiosissima.

Foliolis decussatis latioribus.

17. Athamanta decussata.

Radix crassa, longa, angulata, setis coronata. Caulis firmus, quinquepedalis. Folia glabra, glauca, subtus venis nigris picta, ampla, duplicato-pinnata : pinnulis latis, semiliblobis & semitrilobis circumferratis. Involucra ex decem foliolis angustis, reflexis. Petala inflexo-cordata, alba, extus purpurascens. Semen ovatum, nucleo modice gibbo, trifolco ; ala membranacea.

Athamantha cervaria L. in silvis, prope Grodnam Grandicze, florens julio ; perennis. Lugdunea. Radix resinosa, aromatica, succedanea præcedentis.

Seminibus subovatis, striatis.

Umbella terminali.

18. Sium latifolium.

Caulis erectus, tripedalis. Folia mollia, pinnata, foliolis ellipticis, basi cordatis, acuminatis, ferratis. Umbella caulem & ramos terminantes erectæ. Involucrum universale polyphyllum ; particulare ex septem foliolis latolanceolatis, saepè dentatis. Petala æqualia, cordata, linea eminenti divisa. Semina ovata, calyx minimo coronata, striata, & alis fatis eminentibus percurta.

Sium latifolium L. communis in locis paludosis, prope Grodnam Lososnæ, & alibi. Lugdunea. Florens julio : planta virosa, certe nociva pecoribus.

Umbella axillari pedunculata.

19. Siuna angustifolium.

Habitus præcedentis. Caulis tripedalis, ramosus. Folia pinnata, foliolis angustioribus, saepè basi hastatis, quorum secundum par ita distat a primo, ut deficere videatur. Umbellæ axillares, pedunculatæ. Involucrum universale pinnatifidum.

Sium angustifolium L. passim in aquis prope Grodnam : florens augusto : perennis. Lugdunea.

Umbella axillari, sessili.

20. Sium nodiflorum.

Caulis ramosus, ramis axillaribus alternis. Folia radicalia pinnata, foliolis ovatis, dentatis ; caulina lanceolata, ferrata, angusta, appendiculata seu ad latera auriculas proterminantes, aut integra, impari triphylo. Umbella aliae ramos foliorum sessiles ; utrumque involucrum magnum, latifolium, tridentatum. Flores albi : semina subrotunda, compressa, fulcis levibus sculpta, striata.

Sium nodiflorum L. passim in arvis, prope Grodnam. Florebat julio in silva Bobrowszczyzna : perennis. Delphinatis,

Foliolis connatis.

21. Sium falcaria.

Caulis bipedalis, ramosus. Folia dura pinnata : foliolis elliptico-lanceolatis, acute ferratis, falcatis, ultimis tri-

fidis ; nervo folioso, latescente ; superiora ex nervo folioso trilobata, lobis angustissimis. Involucrum universale, & particulare, ex multis gracilibus foliolis. Petala alba, æqualia, cordata. Semina oblonga utrinque depresso, striata, striis rugosis.

Sium falcaria L. passim circa Grodnam Krynski : florebat augusto : perennis. Delphinalis.

Seminibus depresso, striatis.

Radice unica, vix lactescente.

22. *Selinum sublactescens.*

Radix tuberosa, simplex. Caulis angulatus, tripedalis, ramosus. Folia nigricantibus venis tincta, amplissima, quadruplicato-pinnata, pinnulis linearibus ; laciniis ultimis simplicibus & triplicibus. Involucra ex octo foliis reflexis. Umbella densa ; petala alba, inflexo-cordata, paulum inæqualia : quodque semen emarginatum, fere planum, ovatum, nucleo parum gibbo, tribus jugis percursum.

Selinum palustre L. in paludosis locis prope Grodnam, Lofosnæ : florebat augusto : perennis. Planta aromatica, odore gravi ; rupta omnibus partibus succum fundit lacuum, sed parum ; condita egregium stomachicum, corroborans tonicum ; pretiosum omnibus quorum lenta & difficilis est digestio.

Radice multipli, laetulo succo turgens.

23. *Selinum lactescens.*

Radix conica, crassa, multiplex. Caulis duris pilis hispidus. Folia triplicato-pinnata ; lobulis ovato-lanceolatis. Involucra minora quam in priori : cæterum sat similis.

Selinum

Selinum silvestre L. in pratis paludosis. Grodnensis : florebat Julio Jeziory : perennis. Lugdunæ. Majorem quantitatem lachis rupta fundit.

Cauli acutangulo, pistillis fructus reflexis.

24. *Selinum acutangulum.*

Radix lignosa, crassa. Caulis angulosus, cubitalis. Folia triplicato-pinnata : pinnulis latiusculis, simplicibus, & trifidis, mucrone albo terminatis. Umbella densa : involucrum universale caducum ; peculiare ex decem foliis gracilibus, saepe purpureis. Petala alba extus purpurea, inflexa : extremo majori. Pistilli fructus reflexi. Semen cum nucleo convexo habet duas alas laterales, latas & grandes, tria juga nuclei minora, & calycis vestigium.

Selinum Cärvifolia L. communis in arvis, prope Grodnam ; florens augusto : perennis. Lugdunæ.

Umbellulis globosis.

Foliolis simplicibus minoribus.

25. *Angelica minor.*

Caulis crassus, pollicaris, quinquepedalis : bases petiolorum, vaginæ inflatæ, maximæ. Folia magna duplicato-pinnata : foliolis fere ovatis, acute ferratis, lateralibus appendiculatis, impari maximo triphylo. Umbella amplissima, densissima. Involucrum universale nullum. Petala integra, æqualia, rubella : segmentis incurvatis. Semina trifalcata, angulosa, subrotunda, alata.

Tom. I.

Angelica silvestris L. communis prope Grodnam, in pratis uliginosis Lososnae. Lugdunæ. Florebat augusto: perennis. Radix crassissima, succo flavo, resinoso, acris, aromatico turgida: sudores provocat; est praestans medicamentum in omnibus morbis in quibus vires sunt debilitatae; sed præsertim probatum in anorexia, chlorosi, affectione hypochondriaca, suppressione menstruorum, œdemata.

Foliolis majoribus, impari lobato.

26. *Angelica major.*

Radix maxima, fusca, annulata, conica. Caulis crassus, tripedalis; Folia amplissima, duplicito-pinnata: foliolis ovato-lanceolatis, ferratis, magnis; impari majore, lobato. Involucris partialis foliola ovato-lanceolata. Umbella amplissima, copiosissima, globosa. Petala exteriora in circumferentia paulo majora: in disco fere regularia: cæterum subviridia. Semina striata: jugis vix elevatis. Angelica Archangelica L. fuit mihi allata, tanquam spontanea ad ripas fluvii Niemen, 12 milliaribus a Grodno: sæpe inveni in hortis derelictis, prope Grodnam. Florens julio: perennis. Radix aromatica, subacris, penetrans: illius infusum sudorificum; in catarrhis, herpetibus, rheumatismo utile auxilium. In Lithuania, radices saccharo condituntur, tunc gratissimæ; in anorexia puitosæ, jejuno ventriculo masticatae, efficas.

FASCICULUS SECUNDUS.

IN VOLUCRIS PARTIALIBUS,
UNIVERSALI NULLO.
FLORIBUS SUBRADIASTIS, FERTILIBUS.

Involucellis dimidiatis.

Foliis nauseofisis.

27. *Aethusa petroselini folio.*

Caulis fulcatus, glaber, brachiatus. Folia nitida, triplicato-pinnata: foliolis bifidis aut trifidis, segmentis latis, quinque, septemdentatis. Involucrum universale nullum, peculiare trifolium. Flores albi; petala in circumferentia disiformia: semina subglobosa, quatuor sulcis striata, jugis lutescentibus striatis.

Aethusa Cynapium L. passim in cultis agris, prope Grodnam; florens julio: annua. Lugdunæ. Tota planta odore allii virulentu sicutet, vere venenosa: anxieties, singultus, stupores, convulsiones, mortemque producit; sed pro his effectibus producendis requiritur magna dosis. Potest comedti usque ad sex grana, absque ullo prævō effectu.

FLORIBUS ABORTIVIS.

Fruſib⁹ subglobosis.

Foliolis variis latis & angustis.

28. *Coriandrum diversifolium.*

Caulis bipedalis, glaber, ramosus. Folia inferiora bipinnata, foliolis latis, ovalibus, lobatis & dentatis; reliqua

folia decomposita, foliolis angustissimis. Flores albi; corolla radiata; petala inflexo-emarginata; involucrum universale monophyllum, partialia dimidiata. Fructus sphæricus, globosus. Semina leviter striata.

Coriandrum sativum L. Ubique colitur prope Grodnam, unde sœpe spontanea invenitur: florens julio, annua. Semina recentia cimicis odorem spargunt, sed desiccata amittunt: tunc speciali aromate fragrant, in torninibus a flatibus, & in spissis hystericiis utilia.

*Fructibus oblongis.**Rostro seminum brevi.*29. *Scandix hispida.*

Caulis debilis, pedalis. Folia triplicato-pinnata: pinnulis pinnatis, lobulis ultimis nervo latioribus, lanceolatis: vaginis petiolorum magnis, ciliatis. Umbellæ rara & exiguae: involucrum universale nullum, peculiare quantu[m] aut quinque foliolis lanceolatis. Flores omnes fertiles; petala alba, difformia. Semina ovata, rostrata, hispida.

Scandix Anthriscus L. juxta sepes prope Grodnam: floreat initio junii, annua. Lugdunea, montana. Est caucalis apud Hallerum & Rivinum.

*Rostro seminum longissimo.*30. *Scandix cornuta.*

Caulis pedalis. Folia longa, subhirsuta, tenuissime divisa: pinnis pinnatis, pinnulis profundissime bipartitis, & tripartitis, lanceolatis, angustis, laciniis capillaceis. Umbellæ valde simplices, bacillis fere binis, peculiares etiam paucifloræ. Involucrum universale nullum; peculiare ex

quinq[ue], sex, aut septem foliolis latis, lanceolatis. Flores albi; exteriores valde difformes. Semina basi cylindrica, striata, laevia, rostro longissimo prædicta.

Scandix pepona Veneris L. nunquam inveni in Lithuania. Frequentem observavi inter segetes prope Varsaviam: annua. Lugdunea, communis.

ERUCTIBUS OBLONGIS.

*Involucellis pentaphyllis.**Caule striato.*31. *Chærophillum tumidum.*

Caulis crassus, hirsutus, fistulosus, sub ramis intumescens; seu geniculis tumidiculis, striatus. Folia maxima cubitalia, glabra, triplicato-pinnata, foliolis latiusculis acute-dentatis & semipianatis, nervis hirsutis. Umbellæ planæ, non densæ. Involucrum universale unifolium, aut nullum: peculiare ex quinque ad septem fit latiusculis foliis, oyato-lanceolatis, subhirsutis, per ætatem reflexis. Petala alba, integra, leniter tantum emarginata; sed flores exteriores irregulares, externo petalo maximo. Semina elongata, nitentia, livida, tubis seu filiis brevibus coronata.

Chærophillum silvestre L. communis in Lithuania: frequens in pratis prope Grodnam: *Delphinialis*: florens fine maii: annua. Fetida planta: diu trita mihi excitavit cephalagiam: unde merito suspecta.

*Caule scabro.*32. *Chærophillum geniculatum.*

Caulis subhirsutus, scaber, sub geniculis tumens. Folia hirsuta duplicito-pinnata, lacinijs seu foliolis breviter

Jatis, lanceolatis, uno aut altero dente parum profunde incisis, obtusis, cæterum ferratis. Umbella saepe ad alterum latus nutans. Involucrum universale ex aliquot exiguis foliolis linearibus caducis; particulare monophyllum ex octo segmentis ovato-lanceolatis, brevibus, aristatis, reflexis. Petala in exterioribus floribus inæqualia, cordiformia; in interioribus fere regularia. Semina fulva, sat magna, evidenter striata & sulcata, elongata, tuberculis coronata.

Chærophylleum temulum L. Communis prope Grodnam, in pratis & juxta sepes: florebat maio Lofosna: annua, Lugdunæ.

Seminibus fabulatis.

33. Chærophylleum hirsutum.

Radix longissima. Caulis fistulosus, tripedalis, hirsutus. Folia duplikato-pinnata, foliolis profunde incisis acutis, ferratis segmentis. Petioli hirsuti. Umbellæ parvæ. Involucrum universale unifolium, peculiare ex quinque latis foliolis, inæqualibus, per atatem reflexis, ora alba. Petala cordata, inæqualia; interiora minus difformia, alba aut rubra. Semina longa, cylindrica, sulcata, longas tubas seu stilos retinentia.

Chærophylleum hirsutum L. communis prope Grodnam, penes aquas Lofosna: florens junio: perennis. Lugdunæ. Est Mirrhis apud Hallerum.

Caule levi, radice bulbosa.

34. Chærophylleum bulbosum.

Radix bulbosa. Caulis fistulosus, glaber, geniculis tumidis. Folia triplicato-pinnata; foliolis numerosis subhirsutis, ferratis, laciniatis, lanceolatis, trilobatis. Involucrum universale unifolium, particulare ex tribus foliolis mu-

cronatis. Petala quasi cordata, inæqualia. Semina striata, sulcis pigmento fusco obductis.

Chærophylleum bulbosum L. Communis in pratis, prope Grodnam, florens junio: annua; primo vere radices rotundæ, succulentæ; postea lignescunt & elongantur: vix crederem illas vere esculentas, ut pote pertinentes ad plantam, cuius folia sunt foetida & virosa; impune tamen nonnulla manducavi.

Foliis subbiternatis.

35. Chærophylleum aromaticum.

Caulis bipedalis & tripedalis, scaber, erectus, maculis purpureis notatus. Folia subbiternata, foliolis ovato-lanceolatis, acutis, ferratis, subtus atro-virentibus, subscabris. Umbellæ erectæ, planiusculæ. Involucrum universale unifolium, vel polyphyllum ex foliolis acuminate, lanceolatis, reflexis, ad oras membranaceis & albis. Involucrum partiale ex foliolis similibus, a sex ad decem: flores albi; petala cordata, introflexum incurvata. Semina oblonga, gracilia, fusca, stilo persistente aristata, obsolete quadrifilosa.

Chærophylleum aromaticum L. & Jacq. tab. 150. flor. austr. Folia trita inter digitos gratum spargunt odorem, aromaticum; flores etiam suaveolentes; semina vix odorata, vix sapida. Communis prope Grodnam, in loco dicto Lofosna. Florebat fine junii. Est angelica silvestris major hirsuta Loefelii, Fl. Pruss. pag. 16.

FLORIBUS FLOSCULOSIS, FERTILIBUS.

*Fructibus calyce coronatis.**Foliolis refractis.*36. *Phellandryum divaricatum.*

Caulis crassissimus, pollicaris, cubitalis. Folia maxima trilobata-pinnata, foliolis refractis, seu ad angulos obtusos cum nervo ramosis, pinnulis ultimis nervo latioribus, lanceolatis, dentatis, obtusis. Involucrum univiale nullum; particulare ex septem foliolis gracilibus, brevibus. Petala cordiformia, alba. Semina ovata, oblonga, laevia, striis quasi picta, calyce exiguo, pistillis persistentibus.

Phellandrium aquaticum L. inveni prope Grodnam juxta ripas stagni Jeziori: florebat junio: perennis. Lugdunea, Obs. Semina aromatica & acria. Infusa spiritui vini contra ulceræ carcinomatosa laudantur: infusio aquosa in phthisicæ emolumento præscripta: cæterum ipsa herba pro equis non est venenum per se, sed propter curculionem quem foget, juxta Linnæum. Cataplasma ex foliis in cancro & gangræna vere pretiosum.

*Umbella expanso-plana.**Foliolis magnis, simplicibus, & lobatis.*37. *Imperatoria trilobata.*

Radix crassa, tuberculosa, teres, quasi articulis distincta. Caulis crassus, tripedalis, ramosus. Folia circumscriptione ampla & lata, pinnata; foliolis aliis simplicibus, aliis

Μετροποτάνιον ου κωνίκαλον
Seseli annuum L.

P. 217. N. 38.



U M B E L L I F E R . E :

semirlobis, impare trilobato; omnibus acute ferratis.
Umbellæ maximæ & copiosissimæ. Petala alba, inflexo-
marginata. Semina ovata, emarginata, margine cincta,
compressa, nucleo convexo, trifulco.
Imperatoria ostruthium L. colitur in omnibus hortis rusti-
corum; etiam sponte crescentem inveni juxta ripas
Niemeni. Floret julio: perennis. Lugdunea, montana.
radix aromatica, fragrans, oleo essentiali & resina sca-
tens. Sudores & urinam movet, & majori dosi alvum
laxat; in asthmatum pituitoso, ventriculi debilitate, fe-
bris quartanis, in colicis a vermicibus & a faburra pi-
tuitosa, nunquam satis laudandum medicamentum.

Umbella rigidula.

Caule purpureo.

38. *Seseli purpureum.*

Caulis semipedalis & pedalis, striatus, purpureus. Vaginæ
petiolorum membranacea, ventricosa, emarginata. Fo-
lia bipinnata: foliolis pinnatifidis; segmentis lanceolatis,
linearibus, acutis, planis. Involucrum universale unicum
foliolum exhibit; particulare plurima, lanceolata, mar-
gine membranacea. Umbella convexa, densa. Petala
albo-purpurea. Semina fusca, ovata, parva, gibba,
striata, exigua membrana ad circumferentiam adaptata.
Seseli annuum L. communis prope Grodnam. Lugdunea.
Florens augusto & septembri, biennis. Radix acris,
aromatica,

Caule filiformi.

39. *Seseli filiforme.*

Caulis pedalis, ramosus, filiformis, divaricatus. Folia
parva, duplicato-ternata, linearia, raro lobata, Um-

bellæ nudæ ; pedunculis sex sèpius , seu subsexfidis : umbellulæ involucratæ ; flosculis a sex ad octo. Involucella setacea.
Sefeli saxifragum L. sat , frequens in arvis arenosis prope Grodnam , florens augusto : annua.

Petalis planiusculis.

Radice cava , cellulosa.

40. *Cicuta cellulosa.*

Radix maxima , cellulosa. Caulis crassus , bicubitalis. Folia maxima , triplicato-pinnata : pinnulis quinquefidis , trifidis , quasi digitatis , bifidis , simplicibus , ovato-lanceolatis ; segmentis longis dentato-ferratis. Involucrum universale ex paucis foliis , etiam unico , aut nullo : peculiare ex pluribus angustis , longissimis. Petala alba , inflexo-cordata , fere aequalia. Semina ovata , subhirsuta , albis marginibus , alis tribus eminentibus percursa.

Cicuta virofa L. in paludibus & aquosis communis prope Grodnam , Lofosnæ & aliis ; florebat augusto : perennis. Lugdunea , rara. Radix secta fundit succum flavum , venenosum , graveolens , vix acrem. Nociva & lethalis hominibus , in quibus anxieties & naufeas excitat ; sed requiritur sat magna dosis : in hoc casu cito emeticum praescribendum.

Involucris partialibus ovatis.

Foliis simplicibus , amplexicaulibus.

41. *Bupleurum perfoliatum.*

Caulis bipedalis , ramosissimus. Folia glauca , glaberrima , ovato-lanceolata , amplexicaulia seu caule circumdata

Involucrum universale gallum , peculiare profundissime trifidum , & quinquesfidum ex foliolis latis , ovato-acuminatis , umbellan comprehendentibus. Flores lutei : petala aequalia , integra , revoluta. Semina profunde sulcata , quasi alata.

Bupleurum rotundifolium L. elapsa ex horto Botanico regio Grodnensi , spontanea facta in agris vicinis : communem inveni inter segetes circa Varsaviam ; florebat julio : annua. Lugdunea. Vix vulneraria , sicut in plurimis aliis speciebus , mihi videtur vana ; nam juxta nostra experientia æque cito vulnera , energiae naturæ commissa , fuerunt sanata ac illa quæ tractavimus cum foliis perfoliatæ.

Ob. Specimina possideo vix semipedalia , caule simplicissimo , tenui , foliis rotundioribus , obtusis. In aliis acumen durum terminat folia & involucra : quod est nervus prolongatus.

FASCICULUS TERTIUS.

IN VOLUCRO NULLO , NEC UNIVERSALI ,
NEC PARTIALIBUS.

Foliis decussatis.

42. *Carum decussatum.*

Radix magna & longa. Caulis cubitalis. Folia longa & parum lata , duplicato-pinnata : pinnis primis longioribus , circa nervum decussatis ; pinnularum lacinii rectis , tridebatis & bidentatis. Involucra nulla aut generale , monophyllum. Petala carinata , inflexo-emarginata. Semina semiovalia seu ovato-oblonga , profunde striata.

Carum carvi L. passim circa Grodnam, in pratis; florebat junio Dubniça: annua. Lugdunea. Planta aromatica, optimum suppeditat armentis pabulum: semina fatus diffellunt, concoctionem alimentorum adjuvant.

FLORIBUS FLOSCULOSIS, FERTILIBUS.

Seminibus depresso-planis.

Foliolis latis.

43. *Pastinaca lutea.*

Caulis rectus, sexpedalis. Folia nitentia, glabra, simpliciter pinnata: foliolis circumferratis, latis; superioribus lanceolatis. Involucra nulla. Petala lutea, æqualia, integra, acuminata, apice revoluta. Semen planum, margine foliaceo cinctum.

Pastinaca sativa L. communis prope Grodnam. In pratis humidis Lososnae & alibi, florens julio: perennis. Lugdunea. Est mater varietatis hortensis, cuius radix dulcis, edulis, crassior: in silvestri e contra radix dura, gracilis, annulosa; tota planta leviter acris, aromatica, ex radice sal saccharatum obtinetur; illius decoctum in herpetibus & scabie utile adjuvans.

Seminibus marginatis, striatis.

Foliolis tenuissimis.

44. *Feniculum capillaceum.*

Radix alba, acris. Caulis teres, levis, bicubitalis. Folia amplissima, levissima, multoties pinnata: foliolis tenuibus, capillaribus. Involucra nulla. Umbellæ magnæ,

cavæ: flores lutei, petalis integris, æqualibus, tubis longis. Semina ovata, sulcata.

Anethum feniculum L. Ubique facta spontanea circa Grodnam, florens julio: annua. Tota planta & semina suavis odoris, & saporis: menes, urinam, exanthemata expellit illius succus, ad uncias quatuor datus; excitato sudore, febres tertianas, post toleratos paroxysmos nullos, egregie profligat. Semina fatus discutunt, coquacisque spasmodicas pacant, vique speciali fluxum lactis in mammis adaugent.

PETALIS CORDATIS.

Seminibus gibbis, striatis.

Foliis summis ternatis.

45. *Ægopodium ternatum.*

Caulis erectus, angulosus, tripedalis. Folia imâ bipinnata, pinnis ex foliolis quinque; caulinâ ternata, seu trifolia: foliolis latis, ovatis, semitrilobis, a nervo inæqualiter divisæ: vaginæ petiolorum magnæ. Umbellæ dense, inæquales. Involucra nulla. Petala alba, profunde cordata, in exterioribus floribus inæqualia; stili longi. Semina crassa; semiovata, striata.

Ægopodium podagraria L. communis in umbrosis locis prope Grodnam: florens maio, perennis. Lugdunea, rara. Planta leniter aromatica; edulis pro hominibus, & pecoribus grata.

PETALIS INFLEXIS.

*Seminibus minutis, striatis.**Foliolis lobatis.*56. *Apium lobatum.*

Radix crassa, carnosa, ramosa; odore penetrabili, succo flavescente. Folia pinnata, nitentia, foliolis serratis; lateralibus semilibobatis, terminali semitrilobato; caulis crassus, fungofus, brachiatus; umbellæ pauciflora, aliæ petiolatae, aliæ ex aliis pene sessiles. Petala alba, exterius subviridia, æqualia, integra, inflexa. Semina pauca, profunde sulcata, inter sulcos foraminata.

Grodnensis, in aquosis, florens augusto.

Apium graveolens L. mater hortensis, que vocatur Celeri: in silvestri radix & folia acris, amara; in Hortensi radices subaromaticæ, aromate proprio: flomachicæ, vere aphrodisiacæ. Silvestris radices nauseofæ, venenoſæ. Lugdunea.

PETALIS CORDATIS.

*Umbellis ante floresentiam nutantibus.**Foliolis angustis.*47. *Pimpinella angustifolia.*

Radix alba, acris, longa. Caulis firmus, subhispidus bipedalis. Folia nitida, pinnata: foliolis ovato-lanceolatis, acute serratis, sæpe appendiculatis, extremo trilobato; superiora folia angustiora, profundius incisa. Umbellæ rarae. Involucra nulla. Petala cordata, inflexa.

UMBELLIFERÆ.

223

Semina ovato-oblonga, tribus lineis eminentibus distincta, striata; stili longi; stigmata subglobosa. Pimpinella Saxifraga varietas major L. in arvis prope Grodnam, communis, florens junio: perennis. Lugdunea.

*Foliolis latis.*48. *Pimpinella latifolia.*

Præcedenti minor, cæterum sat similis: differt foliolis ovatis.

Pimpinella Saxifraga: varietas minor L. ubique prope Grodnam, in arvis, florens junio: perennis. Lugdunea.

*Foliolis laciniatis.*49. *Pimpinella laciniata.*

Habitus præcedentium; sed folia superiora & caulina exhibent pinnulas profundissime lobatas, quasi pinnatas, dentatas.

Pimpinella Saxifraga: varietas bircina L. etiam frequens prope Grodnam, in arvis, florens julio, augusto: perennis. Foliorum odor gratus, pomum referens; sapor acris, non ingratus; radix acrior, aromatica: cuius infusion & tinctura præstantes in debilitatibus ventriculi, in fistuludinibus a transpiratione suppressa: cæterum evidenter adauget fluxum urinæ, menstruorum; in scabie, ulceribus & vulneribus pulvis & decoctum vere utilia.

FINIS PRIMÆ COLLECTIONIS.

SERIEI PRIMÆ,
SEU
POLYPETALORUM
COLLECTIO II.

CRUCIATÆ, SEU TETRAPETALE.

Staminibus petalorum sesquialteris.

TETRADYNAMIA LINNÆI

CLASSIS naturalis cuius genera difficilia sunt, & diversa juxta varios auctores, sed species certæ. Calyx in his plantis, in plerisque caducus, quatuor foliolis conflans, quorum duo saepe deorsum producuntur & aliquorum basi sunt gibba. Petala quatuor, rarissime nulla; unques longi, erecti, angulum rectum cum reliqua petali parte lata peragentes; plerumque petala sunt æqualia, rarissime duo minora, sicut in Iberide; sex sunt stamina, quorum duo breviora: in paucis duo tantum aut quatuor: in multis glandulæ succulentæ observantur ad basim filamentorum. Fructus: filique aut silicula bivalvis, valvis dehiscentibus; plerumque septo in duos loculos divisa, cui septo semina adhærent.

Tetrapetalæ cruciatæ fæpius flores ferunt in corymbum terminatos, sensim, dum flores inferiores deflorescent, elongatum

THLASPI
drabamuralis. L.

VERONICÆ FOLIO
P. 225. N. I.



CRUCIATÆ

225

elongatum in spicam; in pluribus folia sessilia, alterna sunt pinnatifida aut lyrata: in omnibus fere cruciatis sapor & odor sunt propriæ indolis, penetrantes, scilicet in recentibus; nam post dessicationem dissipato principio volatili, solo medicamentofo, planta iners manet & fere fatua: unde debent vel recentes in medicinam recipi, vel saltem siripi rite præparati: omnes dicuntur antiseborbuticas.

FASCICULUS PRIMUS.

CRUCIATÆ, SILICULOSÆ.

SILICULA INTEGRA NEC APICE EMARGINATA.

Siliculae valvulis planiusculis. Stilo nullo.

Caule folioso.

i. Draba lutea.

Caulis palmatis, vix ramosus: folia caulina sessilia, cordata; dentata, hirsuta; radicalia petiolata, ovata, integra: pedunculi longi: flores lutei, racemosi, villosi; calyx foliola minima, hirta; petala calyce paulo longiora; siliculae obliquæ, incurvæ, oblongæ, ovatæ, stylo brevi. Draba muralis L. varietas nemorosa, frequens prope Grodnam, florens sine aprilis, in arvis: biennis. Lugdunæ, montana.

Ob: Folia caulina invenio dentata, & non dentata; radicalia rosulam formant foliorum: quorum inferiora minora, superiora majora, pilis densis, rigidis, in circumferventia onusta, etiam integrerrima sunt & dentata. Frequens est varietas, minima, pollicaris, foliis triplo minoribus,

Tom. I.

P

panciflora, quæ cresente elongatur, fitque palmaris: tunc caulis exhibit sex folia alterna, dentata; saepè ex una radice plurimi caules; in plerisque speciminiibus vix folia radicalia dici possunt petiolata.

Caule aphylo.

2. *Draba alba.*

Folia radicalia rosulam ad terram formantia, petiolata, subhirsuta, subdentata, elliptica, parva; scapi quadriunciales, ramosi; petala alba, profunde divisa; silicula elliptica, compressa, acuta, filo brevi, semina compressa, numeroſa.

Draba Verna L. communis ubique in arvis, prope Grodnam: floret aprilii, annua. Lugdunæ.

Obs. In plerisque nostris speciminiibus folia omnia integririma; saepè scapi vix pollicares, uniflori aut biflori, in plerisque multiflori, pedunculis longis patentibus, unde scapus dicitur ramosus; video folia glabra & hirsuta; silicula evolvitur ante expansionem corollæ, unde plerumque obliterantur staminæ.

Siliculæ pedicellatæ, valvulis planis, filo exerto.


Folii alternis.

3. *Lunaria flagrans.*

Caulis tripedalis, erectus, ramosus. Folia inferiora opposita; superiora alterna, longe petiolata, cordata, elongata, circumferrata, hirsuta. Flores sparsi: calyx coloratus; albus, subviolaceus, cuius duo foliola basi deorsum producta. Petala violacea, odorata; silicula lata, ovato-lanceolata, plana, pedicellata, filo longo; semina reniformia.

MYAGRVM ὄρεμονόκαυλον στάχυοι μηλίνων
paniculatum. L.

P. 227. N.



C R U C I A T I M.

227

Lunaria rediviva L. rara circa Grodnam : inveni florem maio , in magna silva Bobrowszczyza : perennis. Folia amara. Lugdunea, montana.

Siliculae valvulis concavis , stilo persistente.

Foliis glabris.

4. Myagrum glabrum.

Caulis cubitalis , brachiatus , asper ; folia sagittata , elliptico-lanceolata , integra ; petala pallide lutea ; siliculae ovato-cordatae , pedunculatae ; semina multa.

Myagrum sativum L. Grodnensis in cultis , advena , florens julio , annua. Lugdunea.

Foliis hirsutis.

5. Myagrum rugosum.

Caulis cubitalis , brachiatus ; folia amplexicaulia , auriculata , hirsuta , acuta ; flores parvi , panniculato-racemosi ; petala flava. Silicula orbiculata , punctato-rugosa , stilo permanente : semen unum , altero abortiente.

Myagrum paniculatum L. Rapistrum Halleri , Tournefortii , Grodnensis , ubique in cultis , florens maio , junio : annua. Lugdunea.

Obs. Plurima inveni specimina caule simplicissimo , racemo unico , siliculis rugosis , pilosis , foliis dentatis : an simplex varietas paniculati ? aut myagrum rugosum Linnæi ?

P 2

SILICULÀ EMARGINATA APICE.

*Petala duo exteriora majora.**Foliis sinuatis.*6. *Iberis nudicaulis.*

Caulis semipedalis, parum foliosus, simplex. *Folia radicalia* rosulatam formantia, pinnatifida, firma, pinna impar amplissima, saepe trilobata; *caulina* pauca, duo aut tria. *Flores parvi*: *calycis* foliola ovata, petalis breviiora; petala ovata, integra, quorum duo exteriora majora. *Silicula* ovata, lata, emarginata.

Iberis nudicaulis L. rara circa Grodnam; florebat initio maii; in arenosis oeconomia Krynski: annua. Lugdunæ,

Filamenta quædam latere interiore dente notata,
Silicula bilocularis.

7. *Alyssum incanum* L.

Caulis cubitalis, erectus. *Folia lanceolata*, incana, integrerrima. *Flores corymbosi*: *petala* parva, alba; *Siliculae*, oblongæ, villosæ, filo persistente; *pedunculi* placentæ crassa terminati.

Alyssum incanum L. communis ubique prope Grodnam, in arvis & pacuis; floret ab initio maii, ad finem juli: perennis.

Obl. *Caulis* basi rubescens, fuliginosus, simplex & ramosissimus. *Folia* cauli appressa sapore singulari, parum acri, non ingratto. *Petala bifida*: *Germina* villosa.

Silicula cordata; *valvulis obtusis*; *gibbis.**Foliis diversis.*8. *Cochlearia flagrans.*

Caulis ramosus, palmaris, tener. *Folia* succulenta; *radicalia* petiolata, subrotunda; *caulina* amplexicaulia, ovato-lanceolata, angulosa, sinuata. *Calycis* foliola cava. *Petala* alba, odorata. *Silicula* gibbosa, rugosa, filo brevi persistente acuminata.

Cochlearia officinalis L. passim inventa sponte crescentem, in arvis prope Grodnatæ; attamen illam credo avenam, elapsam ex hortis: florebat maii: biennis. *Planta* recens acris, magnam quantitatem saliva elicit; *princeps medicamentum contra scorbutum*; *spiritus cochlearia*, in paroxysmis dolorum dentium efficax.

*Siliculis reniformibus.**Foliis pinnatifidis.*9. *Coronopus procumbens.*

Caulis plurimi, decumbentes, procumbentes, ramosi, palmariæ. *Folia* pinnatifida: pinnaulis inæqualibus, latiusculis, incisis. *Pedunculi* brevissimi, unde flores fere sessiles. *Petala* leviter emarginata; alba. Si silicula seu fructus duobus articulis paylo quam circulus minoribus, toris cristatis & verrucosis, monospermis: unde silicula dici potest reniformis.

Cochlearia coronopus L. florentem fine maii observavi in campo, tribus milliaribus a Bialystok, eundo Varsiam. *Herba* acris, antiscorbutica. Lugdunæ.

Foliis radicibus crenatis, caulinis incisis.

10. *Cochlearia Lapathifolia.*

Radices longae, crassae, acerrimae. Folia radicalia petiolata; maxima, glabra, ovato-lanceolata, rotunde crenata. Caulis cubitalis, superne ramosus, erectus; folia caulina sessilia, lanceolata, incisa. Flores pauciplicati, racemis laxis. Petala alba, odorata, calyce longiora. Silicula effere ovata, filo crasso, globulo, terminata.

Cochlearia armoracia L. frequens prope Grodnam, in locis humidis, juxta amnum Lososne, &c. alibi; florebat iuglio; perennis. Radicis aqua siliqua, acerrima. Succus siliquillius magna dosi emeticum evadit.

Silicula cordata, valvulis acute carinatis.

11. *Lepidium apetalos.*

Caulis ramosus, palmaris aut pedalis. Folia radicalia pinnata: pinnae dentato-semipinnatis; caulina linearia, integerima. Flores minimi; calyces colorati, lutei; petala nulla; stamina tantum duo. Silicula ovata, vix emarginata, bilocularis; semen unum in quoque loculo.

Omorpha ruderale L. ubique prope Grodnam, iuxta vias; florebat initio junii: annua. Lugdunensis. Odor fortis, penetrans, mihi non ingratus; sapor acris. Succus herbae in ulceribus scorbuticis mirandos producit effectus.

Lepidium campestre V. et B. non quod est in aliis locis, sed in locis humidi, solido, siccis, aucto, auctissimis.

Silicula obcordata, valvulis marginato-carinatis.

12. *Thlaspi Lutescens.*

Caulis pedalis, angulosus, brachiatus. Folia lutescentia, amplexicaulia, glabra, oblonga, dentata; inferiora petiolata, profundius dentata. Flores parvi, albi. Siliculae glabrae, planae, orbiculariae, magna ali siliculam augeante; ala superius hilo insigni emarginata: femina nigra.

Thlaspi arvense L. ubique in arvis, prope Grodnam; florens aprilis: annua. Lugdunensis.

Thlaspi concava sicut cochlear; singulariter haec species crescendo mutatur, flores vix triplicari, postea elongatur: raro sex stamina inveniuntur, quia silicula citio crescentis plurima obliterat. Anno 1779 floruit 10 martii: plurima specimina florida offerunt nobis, omnia folia integerrima, nullo modo dentata: herba subacris.

13. *Thlaspi incanum.*

Caulis cubitalis, erectus, villosus; superne tantum ramosus. Folia inferiora petiolata, ovata; caulinis sagittata, dentata; omnia mollia, subincana: calycis foliola macula ovali notata; petala alba. Silicula hispida, subrotunda, summa parte emarginata, alata; filo persistente: femina subtriangula.

Thlaspi campestre L. passim in arvis prope Grodnam; florens maius, biennis. Lugdunensis. In plerisque specimenibus folia radicalia sinuato-lyrata.

*Silicula triangulari.*14. *Thlaspi polymorphum.*

Caulis erectus, cubitalis, brachiatius. Folia radicalia petiolata, subhirsuta, pinnatifida: pinnis oppositis, extrema maiore; caulina sessilia, elliptica, integra. Petala parva, alba, patula. *Silicula triangularis*, sursum dilatata: semina multa, ovata.

Thlaspi bursa pastoris L. communis ubique prope Grodnam, in arvis cultis; florens aprilii, maio: annua. Lugdunea.
Obs. Mire varians haec species quoad altitudinem & figuram foliorum: folia radicalia non sunt semper pinnatifida; inventi specimenia in quibus erant plerunque integerrima, alia in quibus erant simpliciter sinuata. Caulis est ramosus aut simplicissimus. Germina ovata sunt, & evadunt tantum triangularia: seminibus maturiscentibus; stigma crassum, papillosum, album; stulus brevis; filamenta curva; antherae griseae; foliola calycis linearia; pili albi in foliis & caule; herba parum acris, antiscorbutica.

FASCICULUS II.

CRUCIATÆ, SILIQUOSÆ.

CALYCIS CLAUSI FOLIOLIS LONGITUDINALITER CONNIVENTIBUS.

*Siliqua articulata.**Siliqua uniloculari, cornuta.*15. *Raphanus cornutus.*

Caulis pedalis, hirsutus, asper. Folia pinnatifida: pinnis rarioribus, confluentibus, dentatis; ultima maxima, ovali, dentata; superiora simplicia. Calyx viridis, subhirsutus:

foliolis duobus bafi gibbis; petala longitudine calycis, alba, venis obscurioribus picta; glandulæ ad ortum flaminum quatuor: siliqua stricta, teres, articulata, levigata, unilocularis, longe cornuta.

Raphanus raphanistrum L. Grodnensis, arvensis, communis, florens tota aestate: annua. Herba acris, validi odoris, suspecta. Lugdunea.

Obs. Frequentior adhuc est varietas, flore luteo: ceterum etiam diversa glabritie & hirsutie foliorum.

SILIQUA TETRAGONA.

*Floribus luteis.**Foliis lanceolatis, integris.*16. *Erysimum cheiranthifolium.*

Caulis semipedalis aut pedalis, erectus, ramosus. Folia lanceolata, subaspera, integra. Flores racemosi; calyx patens; petala lutea, exigua: siliquæ erectæ, unciales, obtuse quadrangulæ.

Erysimum Cheiranthoides L. Grodnensis, frequens, florens Julio in arvis: annua. Lugdunea.

*Foliis runcinatis.*17. *Erysimum runcinatum.*

Caulis erectus, cubitalis, ramosus, ramis patentibus, subnudis. Folia runcinata seu pinnatifida: pinnae rectis aut retrorsum veris, dentatis; extrema maxima, triangulare. Flores exigui; calycis foliola subhirsuta, non gibba; petala angusta, submarginata, lutea: siliquæ ramo appresso, hirsutæ, teretes, fine conico. Semina pauca.

Erysimum officinale L. communis juxta vias prope Grodnam, florens junio : agnua. Lugdunea. Sapor foliorum vix acris : frupus blandatur in asthmate ; catarro, raucedine.

Siliqua tetragona.

Folii lyrais.

18. *Erysimum lyratum.*

Caulis cubitalis, erectus, ramosus, sulcatus. Folia lyratopinnatifida : pinnæ extrema maxima, subrotunda. Racemi florū densi, numerosi; calycis foliola oblonga, exteriora bafi subgibba; petala flava, emarginata : siliquæ breves, teretes, subangulosæ, eretæ: femina plurima, punctata. *Erysimum barbarea* L. Grodnensis, frequens in humidis prope urbem : florens maio, perennis. Lugdunea. Mitis est, edulis, non ingrata in acetariis.

Floribus albis.

Folii cordatis.


19. *Erysimum alliaria.*

Caules tripedales, ramosi : ramis ascendentibus. Folia inferiora longe petiolata ; superiora sessilia ; omnia cordata, levia, flaccida, ferrata. Calyx tubus; petala parva, alba ; siliquæ longæ, tenues, quadrangulares : angulis duobus vix eminentibus.

Erysimum alliaria L. Grodnensis, silvatica, ruderalis, florens maio, junio : perennis. Lugdunea. Herba & semina trita allium redolent : intus in anorexia, istero, chlorosi, extus in ulceribus saniosis vere utilis.

SINAPI οαρανδολοκον MONSPEL.

P. 235. N. 21



Arabis thaliana. L.

C R U C I A T I E .

Obs. Specimina inveni, caule simplicissimo, vix semipedali, foliis parvis, floribus paucis.

Germine utrinque glandula notato.

Foliis lanceolatis, dentatis.

20. Cheiranthus angustifolius.

Radix crassa, lignosa. Caules cubitales, erexit, ramosi, duri, subhirsuti. Folia lineari-lanceolata, integra; passim carnis dentibus, longis; in inferioribus glauca, villosa. Flores parvi: foliola calycis basi gibba; Petala lutea: siliqua longe, quadrata, pedunculis appressae: semina ovata, numeroissima.

Cheiranthus erysimoides L. Lithuanica, observata juxta rigas fluvii Bog: florebat junio, biennis. Delphinalis. Vide est ex descriptionibus, quam parum inter se differunt erysimum cheiranthoides, & cheiranthus erysimoides.

Glandulae quatuor intra foliola calycina. Stigma simplex.

Foliis ovatis, scabris.

21. Arabis scabra.

Caules pedales, erexit, ramosi, sere nudi. Folia radicalia petiolata; plurima in orbem disposita, ovato-lanceolata, acuta, integra, hirsuta; caulina pauca, lanceolata, pené glabra. Flores exigui; calyx tubulosus; foliolis duobus basi gibbis; petala alba: siliqua graciles, teretes, curvata, a cayle plurimum discedentes. Arabis Thaliana L. Grodnensis, frequens, arvensis, florens maio: annua. Lugdunea.

*Glandulæ duæ intra stamina breviora, duæ extra
stamina longiora.*

Foliis amplexicaulibus, sagittatis.

22. *Brassica lutea.*

Radix tenuis. Caulis cubitalis, tenuis. Folia caulina cordato-ovata, sessilia, amplexicaulia, grhra; radicalia lyrata, subhispidæ. Flores in summitate plantæ corymbosi; calyx tubulosus, erectus; foliolis exterioribus deorfum gibbis; petala lutea, minima: siliqua tetragona, longa, curva. *Brassica campestris L. communis propa Grodnam, in arvis, florens julio: annua.* Lugdunea.

Obs. Folia radicalia sæpiissime apud nos lingulato-spathulata. Flores ante perfectam evolutionem in summitate caulis conglomerari; postea evolvitur racemosus; petala vix longitudine unius lineæ & dimidiatæ: sæpe plurimi caules ex una radice alba, fusiformi, tortuosa: cæterum tota planta glabra. Inveni etiam specimina caule ramoso.

Foliis amplexicaulibus, cordatis.

23. *Brassica alba.*

Facies præcedentis: caulis ramosus. Folia minus amplexicaulia, auriculata, cordata. Flores magni, petalis albis, lineis cæruleis pictis.

Militat inter Alpinam & arvensem L. racemosus flororum elongatus, diameter floris saltem sex linearum. Folia minus elongata, latiora quam in campestris, auriculis rotundatis, apice obtusa. Florebat fine maii, in arvis, prope Grodnam, Poniemun.

Petala erecta.

Foliis caulinis glabris.

24. *Turritis glabra.*

Caulis cubitalis, simplex. Folia radicalia numerosa, hirsuta; integra, cito marcescentia; caulina numerosa, tegentia totum caulem, amplexicaulia, sagittata, glauca. Calycis foliola albescens, basi gibba, erecta; petala mediocria, alba: siliquæ longissimæ, triunciales, graciles, nutantes, subquadriangulares: semina numerofa, parva, plana. *Turritis glabra L. Grodnensis, arvensis, frequens: florens julio, perennis.* Lugdunea.

Foliis omnibus hispidis.

25. *Turritis hirsuta.*

Caulis cubitalis, hirtus, erectus, ramosus. Folia radicalia in orbem sparsa, sicca, ovata; caulina amplexicaulia, elliptica; omnia hirta. Calycis foliola alba; petala alba: siliquæ strictæ, utrinque convexæ; juniores ramis appressa, maturæ nutantes.

Turritis hirsuta L. Grodnensis, arvensis, silvatica, florens maio, junio: biennis; sat frequens. Lugdunea.

Siliquæ valvis revoluto-dehiscentibus.

Foliis pinnatis & simplicibus.

26. *Dentaria bulbifera L.*

Radix dentata, squamosa, serpens. Folia radicalia pauca, duo aut tria, longe petiolata, pinnata: pinnis ovato-

lanceolatis, ferratis, duobus aut tribus paribus cum impari. Caulis cubitalis, gracilis, magna parte nudus. Folia inferiora pinnata; superiora alterna, simplicia. Flores racemosi, terminantes, pauci, quatuor, sex; petala magna, alba, aut suave purpurea: siliqua longæ, bilocularis, valvis elasica vi resiliens: semina abortientia, seu rarissime maturescentia; bulbi squamosi, nigri, sessiles, in axillis foliorum: his bulbis propagatur planta. Dentaria bulbifera L. inveni circa Grodnam, in magna Silva ad limites Borussiae: florebat junio: perennis.

CALYCIS HIANTIS FOLIOLA SUPERNE DISTANTIA.

Siliqua decidua, lanceolata, monosperma.

Folii sagittatis, glaucis.

27. *Ifatis glauca.*

Caulis tripedalis, brachiatus. Folia radicalia petiolata, crenata, ovata; caulinis sagittata, amplexicaulia. Flores lutei, exigui, congesti; calyx virescens; petala calyce majora: siliquæ pendulae, ellipticae, utrinque acuminate, compressæ, fungosæ: semen unum.

Ifatis tintatoria L. passim inveni circa Grodnam; crederem advenam; florens junio: biennis. *Tintatoria* dicitur, quia cœruleum colorem pannis largitur.

SILIQUA DEHISCENS VALVULIS REVOLUTIS.

CARDAMINES.

Herbæ debiles, aquosæ. Folia composita, pinnata. Siliquae graciles, subcylindricæ, valvulis elasticis defilientibus, sursum revolutis: stilo breviore: stigmate integræ.

Folii dissectis.

28. *Cardamine apetala.*

Caulis semipedales, erecti, parum ramosi. Folia radicalia in orbem sparsa, pinnis petiolatis, incisis, obtusis; caulinis pinnis angustioribus, acute dentatis seu dissectis. Flores racemosi, erecti; calycis foliola obtusa, cava; calyx longiora: siliquæ longæ: semina quadrata. *Cardamine impatiens* L. inveni florentem maio, in pratis silva Bobrowiczyna, juxta amnem: annua, Lugdunea.

Folii hirsutis.

29. *Cardamine hirsuta* L.

Caulis pedalis, ramosus, hirsutus. Folia pinnata, hirsuta: pinnis subrotundis, quatuor aut quinque paribus, impare majore; caulinis angustiora. Flores racemosi, pauci; petala alba, emarginata, magna; stamina quatuor, deficiens: tuba brevioribus: siliqua cornu solido terminata. *Cardamine hirsuta* L. Inveni florentem maio, in pratis loci dicti Lososnae: perennis. Lugdunea, montana.

Petalis magnis.

30. *Cardamine integrifolia.*

Caulis pedalis, parum ramosus. Folia pinnata; radicalibus pinnis subrotundis, subdentatis; caulinis pinnis linearibus, integris. Petala magna, venosa, dilute purpurea: siliquæ modice convexæ.

Cardamine pratensis L. communis in omnibus pratis aquosis prope Grodnam, florens initio maii: perennis. Lugdunea. Obs. Hæc species plurimas infectorum larvas nutrit: unde rarissime inveniuntur specimina integra.

*Foliolis subrotundo-angulosis.*31. *Cardamine amara L.*

Caulis debilis, ex axillis stoloniferus. Folia pinnata, pinnis subrotundo-angulosis; calycis foliola duo valde gibba; petala magna, lactea, subrotunda.

Cardamine amara L. communis prope Grodnam, in pratis; florens maio. Lofosuæ & alibi: perennis. Lugdunæ, montana.

Obs. Non rara est varietas circa Grodnam, floribus purpurascensibus: in nostris raro aliis sunt stolonifera, nec constans est figura foliorum; sed etenim observo rotundata, angulosa & elongata, dentata: cæterum, folia vere sunt amara, amaritie non ingrata.

Siliqua dehiscens, calyx horizontaliter patens.

*Siliqua rostrata, multangula.*32. *Sinapis torosa.*

Caulis durus, cubitalis, brachiatuſ, basi hirtus. Folia subapera, ovato-lanceolata, patula, circumferrata. Calyx glaber, pallens: foliolis angulosis, duobus basi gibbis; petala lutea, venis saturationibus picta: glandula acuminatæ, quatuor ad ortum staminum: Siliquæ subhirsutæ, multangulose, toroſe turgidae, proprio roſto ancipiti longiores: semina novem, ſapore fervido.

Sinapis arvensis L. Grodnensis, arvensis, communis: florens tota æstate, annua. Lugdunæ. Herba vix acris, edulis.

SILIQUA

*SILIQUA DEHISCENS VALVULIS RECTIUSCULIS,
CALYX PATULUS.*

SILIQUIS DECLINATIS BREVISBUS.

Folios pinnatis.

Foliolis subcordatis.

33. Sisymbrium cardamines folio.

Caules erecti, pedales, ramosi. Folia succulenta, pinnata; pinnis novem subcordatis, dentatis; extrema maxima. Flores racemosi, ramo brevi; calycis folia erecta, colorata, basi subgibba; petala alba; siliquæ breves, declinatae, patulae, latiusculæ, longe pedunculatae.

Sisymbrium nasturtium aquaticum L. frequens in aquis juxta rivos & prope Grodnam: florens junio, perennis. Lugdunæ, Sapor. & odor tritæ herbae, penetrans.

Foliolis lanceolatis, ferratis.

34. Sisymbrium nasturtii folio.

Caulis procumbens, foliosus. Folia pinnata, pinnis lanceolatis, longis, dentatis; extrema latiore integra aut semitriloba. Calyx patulus, luteus; petala lutea, patva, ovata; Siliquæ longe pedunculatae, teretes, sub-compreffæ, curvatae, declinatae: semina plurima, minutissima.

Sisymbrii filiventre L. Grodnenſis, communis in arvis & in silvis; florens junio: perennis. Lugdunæ.

Obs. Haec species plurimas varietates exhibet: inventiuntur specimen, caule pedali, ramosissimo; alia caule vix palmari, simplicissimo: in itis foliola linearia, integriformia, aut brevibus rarisque dentibus notata.

Tome I.

Q

*Foliis pinnatifidis.*35. *Sisymbrium capillaceum.*

Caulis prostratus, cubitalis, angulosus, flexuosus. Folia levia, pinnata, pinnis dentatis. Flores racemosi; calycis foliola lutea, basi subgibba; petala minima, calyce breviora, luteo-pallida; siliqua brevissima, trilinearis, rugosa: semina plurima, ad triginta.

Sisymbrium amphibium palustre L. Grodnensis, communis in aquis Loosnae & alibi, florens julio; perennis. Lugdunaea.

*Foliis simplicibus, dentatis.*36. *Sisymbrium integrifolium.*

Caulis erectus, angulosus, ramosus, cubitalis. Folia nitida, glabra, longe elliptica, acuta; circum-serrata; integra aut pinnatifida. Flores spicato-panniculati; pedunculi longi; calycis foliola petalis breviora, lutea, vix basi gibba; petala flava, emarginata, ovata; siliqua brevissima, ovata, obefa: semina numerosissima.

Sisymbrium amphibium aquaticum L. Grodnensis, communis in aquis, florens julio; perennis. Lugdunaea.

*Foliis lyratis.*37. *Sisymbrium cæruleum.*

Caulis pedalis, ramosus, foliosus. Folia radicalia plurima, in orbem sparca, lanceolato-lyrata, seu pinnatifida: pinnis rectangulo-subdentatis, hispidis; pilis in utraque pagina; folia caulina lanceolata, paucia, hispida, subdentata.

Flores racemosi, racemo paucifloro, laxo; calyces glabri; corollæ petala sat magna, albo-violacea.

Sisymbrium arenosum L. Grodnensis, pratinis, florens maio; communis: annua: flores suaveolentes. Lugdunaea, montana.

Obs. Huic reducō specimina nostra, caule quadrangulari; foliis radicalibus rubescientibus, simpliciter dentatis; petalis absolute purpureis: plurima etiam specimen exhibent petala lactea.

37. *Foliis runcinatis, caule levit.*

38. *Sisymbrium erucæ folio.*

Caulis bipedalis, levis. Folia viridia, minime viridi-alba, canticia, seu nuda, runcinata, dentata seu pinnato-hastata. Flores racemosi, lutei, pulilli: siliquæ tenues, eretæ, nec laxæ, subpendulæ.

Sisymbrium Irio L. Grodnensis juxta vias, rario, florens julio: annua. Lugdunaea.

39. *Foliis runcinatis, caule hispidum.*

39. *Sisymbrium hirsutum.*

Habitus praecedentis. Caulis retrorsum hispidus. Folia runcinata, seu pinnatifida; extima prima triangulari, acuta, hirta. Flores racemosi; petala parva, luteola; pedunculi longi, hirsuti: siliquæ tenues, vix patentes.

Sisymbrium Loefelii L. Grodnensis Labnae, florens julio. Delphinalis.

40. *Petalis calycè brevioribus.*

40. *Foliis multifidis, linearibus.*40. *Sophia multifida.*

Caulis erectus, cubitalis, ramosus; ramis apertis. Folia hirsuta, pinnatifida: pinnis dentatis, rectis aut retrorsum versis; terminali triangulari, maxima; superiora trifida. Flores spicati; parvi; calycis folia non gibba, subhirsuta; petala minima, lutea, calyce breviora?

siliquæ hirsutæ teretes, fine conico, spicæ appressæ :
semina pauca, sex.

Sisymbrium sophia L. ubique prope Grodnam, in ruderibus: florens initio junii: perennis. Lugdunaea. Herba a longe ingratum spargens odorem; externo usu in ulceribus sordidis utilis.

Obs. Non immerito Clar. Guettardus proprium genus constituit Sophiae, sub nomine Descuriae: certe toto habitu & fructificatione, differt a Sisymbriis. Inveni specimina, in quibus morsu insectorum racemos florum tali modo fuit alteratus, ut exhiberet glomerulum numerosorum florum, inter se coalitorum.

FINIS SECUNDÆ COLLECTIONIS.

SERIEI SECUNDÆ.

S E U

**POLYPETALORUM
COLLECTIO III.**

PLANTÆ FLORIBUS DIFFORMIBUS

Staminibus denis, in duo systemata dispositis.

DIADELPHIÆ LINNÆI.

PAPILIONACEÆ TOURNEFORTII.

LEGUMINOSÆ BOERHAAVII.

CLASSIS est naturalis fructus fabrica & numero petalorum, cum si quis tetrapetalis conjuncta. Calyx monophyllus seu unifolius, inæqualiter quinquefidus: flos irregularis, utcumque figuram papilionis volantis exhibens. Petala plerumque quatuor, passim quinque, quando carina divisa; in nonnullis speciebus omnia petala unguibus coalita: petalum supremum, vexillum dicitur; lateralia duo, alæ appellantur; imum petalum carina, quæ est cava, germenque continet. Stamina novem, filamentis equalita, uno libero manente; in nonnullis speciebus omnia filaments connata. Fructus dicitur le-

Q 3

gumen, in plerisque ex duabus valvis futuris coailitis; quarum superior aperitur; semina ad superiorem pedunculis suspenduntur; hæc semina in plerisque speciebus farinosa, proprio blando sapore prædita, saepe homini, semper avibus & quadrupedibus herbivoris, optimum mucum nutritivum largiuntur: in hac familia sicut in aliis naturalibus, plurima genera ab auctoribus stabilita, arbitria sunt, vix rigorose determinata.

FASCICULUS PRIMUS.

PAPILIONACEÆ.
FOLIIS SIMPLICIBUS ET TERNATIS.
FOLIA SIMPLICIA,
PISTILLUM DEPRIMENS CARINAM.
Stigma involutum.

Foliis glabris.

1. Genista inermis.

Frutex. Caules inermes, numerosi, ramosi, cubitales, duri. Rami striati, teretes, erecti. Folia lanceolata, glabra, conferta. Flores spicati, subfessiles, lutei; calyx bilabiatus, dentibus duobus superioribus brevioribus: vexillum oblongum, angustum, sicut alæ, a staminibus diffans: legumen elongatum, planum. Genista tinctoria L. communis prope Grodnam, in sterilibus; florebat junio. Lugdunea. Tingit lanas colore luteo; semina purgantia; sal cinerum diureticum, in herpete, scabie, pretiosum.

Ob. Florens minor, vix altitudine sex pollicum. Folia alterna, sessilia, non rigorose in florente glabra: Folia modo latiora, modo angustiora, plerumque acuminata, sed passim obtusa. Florum spica modo elongata, modo abbreviata; in nostris majores sunt quam in speciminibus gallicis: flores inferiores breviter pedunculati, pauci; superiores sessiles. Nervi foliorum diaphani.

Foliis hirsutis.

2. Genista spinosa.

Caules fruticosi, cubitales, erecti, ramosissimi. Spinae ramosæ in ramis vetustis. Folia ovato-lanceolata, hirsuta. Rami floriferi, inermes: flores longi. Legumen breve, hirsutum, nigrum.

Genista Germanica L. Nunquam inveni circa Grodnam; observavi florentem junio, juxta ripas Vistulæ, non longe a Varsavia. Lugdunea.

Ob. Ex una gemina nascuntur folia majora, similia foliis Genistæ tinctoriae; alia lateralia, minima, linearia: non modo folia sunt hirsuta, sed etiam calyces & summi rami.

FOLIA TERNATA ET SIMPLICIA.

FILAMENTA ADHÆRENTIA GERMINI.

*Stigma adnatum, villosum.**Ramis angulosis.*

3. Spartium angulosum.

Frutex expeditalis: ramis angulatis. Folia inferiora ternata, hirsuta, obverse cordata; superiora simplicia, lanceolata. Spica flororum rarer, intermixtis foliis: flores peduncu-

lati, maximi; calyx: coloratus, albus; vexillum amplum; effigma supra villosum; filamenta germini adhaerentia. Legumen nigrum, compressum: semina plurima. Spartium Scoparium L. in Lithuania obserwavi, in districtu Brzesciensi: florebat initio juli. Lugdunæa. Flores & semina, efficacia purgantia absque torminibus; sat cinerum cedematas & hydropem, post febres supervenientes, certe profligat.

LEGUMEN RHOMBEUM, SESSILE.

Vexillum striatum.

Floribus racemosis, lateralibus.

4. *Ononis purpurea.*

Caulis decumbens, ramosissimus: rami senescentes spinosi, juniores villosi. Folia inferiora ternata, ferrata, petiolis foliaceis; superiora solitaria. Flores rosei, racemosi, axillares, plerumque duo, seu gemini. Calyx quinquefidus, dentibus linearibus. Vexillum striatum, magnum. Legumen turgidum, sessile, breve. Semina tria: filamenta connata, absque fissura.

Ononis arvensis L. olim spinosa, sat frequens prope Grodnam; florebat initio juli: perennis. Lugdunæa. Radix saepius tentata, nunquam nobis evidenti modo apparuit diuretica.

Obf. Specimina nostra Lithuania prorsus habitu differunt a Gallicis. Folia, & flores majores: in nostris caules villosi; folia fere longitudine unius pollicis, latitudine sex linearum, ferrata, serrulis inaequalibus; rami quasi tomentosi; calyces villosi, dentibus quinque, linearibus longis. Vexillum magnum, striatum, carnei coloris, striis

rubris. Alæ albescentes: carina apice rubescens. Germen breve, turgidum, villosum. Legumen etiam villosum. Rami herbacei, viscosi. Inveni specimen foliis minoribus, quod, jam maturis leguminibus, supra racemum produxit folia nova. Specimina nostra, fructibus maturis, nunquam nobis exhibuerunt spinas; tales invenimus in varietate foliis minoribus: unde adhuc incertum manet, an Ononis mitis Linnæi non sit diversa a spinosa.

FOLIIS OMNIBUS TERNATIS.

LEGUMEN PEDICELLATUM.

Calyx bilabiatus.

Folii inferne lanuginosii.

5. *Cytisus pubescens.*

Frutex pedalis & cubitalis; cortice castaneo, ramosus; ex una gemma folia & flores, aut rami novi, non floriferi. Flores tres aut quatuor erexit; pedunculi albi, breviores calyce: calyx tubulosus, albescens, longitudine sex linearum; labium superius bidentatum, dentibus triangularibus, erectis, vexillo appressis; labium inferius undulatum, apex dentatum albus, villosus. Vexillum luteum, magnum, longitudine calycis emarginatum, ungue excavato, lamina plicata inferius, lateribus extus inversis. Semicanale unguis melleis guttulis onustum. Alæ luteæ, duplo vexillo breviores, angustæ. Carina longitudine alarum, subviridis, unguibus duobus distinctis formata, quorum lamina in unum petalum concavum coalescit. Columna staminum sat crassa, vix unum stamen separatum. Antheræ decem, crocei coloris. Germen villosum,

jam in uno flore legumen incipiens villosum, planum, unius pollicis longitudine. Folia ternata, lamina inferiore sericea, argentea; superiore late viridi. Gemmæ superiores floriferæ & foliiferæ: tria folia concomitantur ramos & flores. Longitudo totalis floris quatuordecim linearum, absque pedunculo: longitudi pedunculi vix quatuor linearum: folia floribus breviora.

Cytisus supinus L. varietas B. in silva prope Bialystok, juxta viam Varsavia; florentem inveni fine maii. Frutex basi decumbens, sed rami erecti. Flores mixti cum foliis: in nonnullis speciminiibus spicam peragunt longitudine quinque pollicis, in aliis spica brevior. Petioli foliorum inferiorum filiformes, longi. Folia subamara.

LEGUMEN VIX CALYCE LONGIUS.

Flores racemosi, seu Meliloti leguminibus nudis, polyspermis.

Leguminibus rugosis, turgidis.

6. *Melilotus rugosus.*

Caulis durus, erectus, ramosus, tripedalis & ultra. Folia ternata, glabra, glauca, ovata, ferrata. Flores racemosi; pedunculi racemo longo, spiciformi: bractæ capillares, ad originem pedunculorum; calycis dentes breves, imus brevissimus. Vexillum plicatum, leviter bifidum. Alæ longitudine vexilli. Carina sessilis, fine rotundo, non recurvo. Legumen rugosum, breve. Semen acutum, pendulum, unum aut duo. Flores albi, aut lutei, minimi.

Trifolium melilotus officinalis L. ubique prope Grodnam.

in pratis, florens julio: annua. *Lugdunea.* Etiam est frequens varietas tertia Linnaei, seu *mellotus vulgaris altissima frutescens*, flore albo, quæ est biennis: distinguitur caule altiori, floribus minoribus, vexillo lateribus deflexo. *Melilotus* sicca flagrantior viridi, planta validi pecori non displicet. Flores suavissimum spargunt odorem. Male inter emollientes indicantur; sunt tamen antispasmodici, in plurimis speciebus colicas indicati.

Leguminibus glabris, lanceolatis.

7. *Melilotus lutescens.*

Caulis teres, quatuorpedalis. Folia minora quam in praecedenti, acuminata, superne acute ferrata. Flores racemosi, pallide lutescentes, remotiores, pedicellis longioribus; florum vexilla replicata. Alæ oblique divaricatae, sed non extrorsum marginibus longitudinaliter conniventia. Legumina disperma, vix rugosa, lanceolato-acuminata, longiora quam in praecedenti.

Trifolium Melilotus Polonica L. copiose crescentem in silva Bobrowszczyna observavi, florentem fine junii: perennis. Odor florum suavissimus.

FLORES CAPITATI.

Lotoidea Leguminibus tectis, polyspermis.

Caule repente.

8. *Trifolium repens.*

Caulis repens, ramosus, semipedalis. Folia ternata, ferrata, nervosa, subcordata, emarginata, glabra, sæpe macula albescente notata. Stipulæ venosæ, ovato-lanceolatæ.

Flores capitati : capitulo subumbellari, seu depresso ; calyx albus, aut purpureus ; dentibus duobus superioribus brevioribus : flores primo albi, sensim carnei evadunt. Vexillum alis duplo longius. Carina brevissima. Legumen torosum, calyce longius. Semina plerumque quatuor. Trifolium repens L. communis ubique in pascuis, prope Grodnam, florens junio : perennis. Lugdunea.

Caule ascendente, fistuloſo.

9. *Trifolium fistulosum.*

Caulis ramosus, fulcatus, suberectus, cubitalis, durior, fistulosus. Folia ovato-acuta, ferrato-denticulata, magiora, non maculata. Capitulum florale, compressum : flores albi, sat magni. Legumen plerumque dispermum, aut tetraspermum.

Trifolium hybridum L. sat frequens in pascuis, prope Grodnam, florens junio : perennis. In plerisque attributis convenit cum repenti.

Lagopoda calycibus villosis.

Stipulis membranaceis, flore monopetalio.

10. *Trifolium purpureum.*

Caules plurimi, procumbentes. Stipulae albae, venis rubris pictae, aristis capillaribus terminatae. Folia ternata, ovata, mollia, sericea, macula alba notata. Flores spicati : spica brevi, subpilosa, cincta stipulis oppositis, membranaceis seu sessilibus, inter folia opposita. Corolla monopetala, carnea aut purpurea. Capsula ovata. Semen reniforme.

Trifolium pratense L. ubique prope Grodnam, in pratis florens tota aestate : perennis. Lugdunea. Pafsim inventur floribus albocentibus & carneis. Tingit colore vi-

tidi ; ex floribus melleum succum continentibus, urgente annona, panis preparari potest. Pecoribus copiosum pabulum suppeditat ; sed si vaccas copiosius hanc herbam devorant, sepe volvulo lethifero excruciantur.

Foliis lanceolatis, ferrulatis.

11. *Trifolium purpureum majus.*

Facies praecedentis : sed caulis erectus. Stipulae longius petiolatae, non aristatae. Folia longiora, magis nervosa, superne glabra, raro maculata. Spica subglobosa, saturate purpurea. Calyx glaber, denticulis tantum hispidus. Trifolium Alpestre L. pafsim prope Grodnam ; inveni florentem junio in vallis loci dicti Poniemun : perennis. Lugdunea, montana. Simillimum trifolio pratensi, floribus at trifolio montano, foliis. Flores capitati, capitulo depresso. Corolla monopetala, tubo longiore. Caulis sublignosus, rubens, ad angulum obtusum curvatus, in plerisque nostris speciminiibus procumbens : lente crystallo video ad margines foliorum, inumeros pilos, qui in junioribus foliis oculo non armato patent.

Capitulo longissimo, rubente.

12. *Trifolium rubens.*

Caulis erectus, firmus, cubitalis. Folia nervosa, lanceolata, glabra ; oris ciliatis. Stipulae maximae. Spicæ terminantes, biunciales, crassæ. Calyx circulo viridi terminatus, e quo dentes pilosi oriuntur, unde spica villosa ; corolla calyce longior, monopetala, purpurea. Vexillum longissimum, angustum.

Trifolium rubens L. communis prope Grodnam, in pratis, florens iulio : annua. Lugdunea.

Spicis ovalibus, villosis.

13. *Trifolium villosum.*

Caulis erectus, ramosus, lanuginosus. Folia lanceolata, nervulo nudo terminata. Stipulae angustae, longe aristatae. Spicæ ovales, terminantes, villosissimæ: villis cinereis. Corolla exigua, rubescens, calyce brevior. Legumen rotundum. Semen unum.

Trifolium arvense L. communis in arvis propè Grodnam; florens tota æstate: annua. Lugdunea. Sæpe tanquam seminatum hoc trifolium replet campos: quod sedulo colligendo, optimum & salubre pabulum largitur.

Vesicaria calycibus inflatis, ventricosis.

Calyces inflati, caules repentes.

14. *Trifolium ampullaceum.*

Caulis repens. Folia ovata, vel cordata, glauca. Capituli flororum subrotundi; calycis dentes superiores breviores; corolla purpurea; vexillum longum, album, lineis rofæs pictum; calyx maturior ampullaceum, reticulatus, dentibus duobus elongatis.

Trifolium fragiferum L. passim in pascuis, prope Grodnam, circa Economiam Labna; florens julio: perennis. Lugdunea, montana.

Lupulina vexillis corollæ inflexis.

Vexillis subulatis, foliolis lanceolatis.

15. *Trifolium subulatum.*

Caulis erectus, vix ramosus, cubitalis, fistulosus, hirsutus. Folia glauca, nervosissima, subtus villosa, lanceolata,

ferrulata. Stipulae cavæ, auriculatae; auriculis, binis, lanceolatis. Spicas florales ovatae, acute, terminantes, paucæ; calyx albus, villosus, dentibus æqualibus; corolla ex quatuor petalis alba. Vexillum angustum, longum. *Trifolium montanum L. communis, prope Grodnam, id silvis; florens maius: perennis. Lugdunea. Denticuli flororum sunt mereæ: prolongationes nervorum, pilis intermixtis. Caulis & petioli hirsuti, villosi; stipulae vaginæ siccæ, dentatae.*

Caulibus procumbentibus, floribus luteo-croceis.

16. *Trifolium procumbens.*

Facies praecedens: differt capitulis minoribus, paucifloris, vexillis angustioribus, aridis, pallidioribus, minus manuæ fæte striatis, circa fructum magis convolutis: variat caulis pluribus, procumbentibus, & capite uno, erecto. *Trifolium procumbens L. in pascuis, prope Grodnam, frequens, florens junio: perennis. Delphinalis.*

Capitulis ovalibus, strepitosibus.

17. *Trifolium tumescens.*

Caules erecti, pedates, duri. Folia glabra, cordata. Stipulae ovato-lanceolatae. Spicas florales subovatae, densissimæ: flores pedunculati, flavi, per ætatem penduli, cum semine marcescentes, siccæ, strepentes; corolla tetrapetala; vexillum cordatum, reflexum, striatum; alæ & carina vexillo multo breviores; calycæ nudi, segmentis lanceolatis. Legumen pedunculatum. Semen unum. *Trifolium agrarium L. ubique in pascuis, prope Grodnam; florens julio: annua.*

Vexillo persistente, luteo, Spadiceo.

18. Trifolium spadiceum.

Caulis erectus, pedalis, ramosus. **Folia** imma cordata; reliqua cordiformia, ovatis similiora, supra basim ad finem rotundum ferrata; **stipulae** magnæ; **folia superiora** angusta. **Spicae** ovales; imbricatæ; pedunculi axillares; calyces pilosi, segmentis capillaribus. **Vexilla** deflexa, persistentia, lineata: flores sicci, luteo-spadicei.

Trifolium spadiceum L. in arvis prope Grodnam, communis, florebat fine augusti: annua. Lugdunæ, montana. Optima est figura Barrelieri Icon. 1024. Rami & pedunculi villosi-hirsuti.

Obs. Pilis segmentorum calycis longissimi; sed plerunque calyx evadit glaber post florescentiam: flores marcecentes; castaneo-coloris: specimina inveniuntur, caule palmari ramosissimo, & caule simplicissimo, racemo unico, terminante, foliis angustissimis, fere linearibus. Odor hujus plantæ suavis.

Legumen teres, sarcum seminibus cylindricis.

Florum capitulo depresso.

19. Lotus pentaphyllos.

Caulis cubitalis, ramosus, decumbens. **Folia** ternata, ovato-lanceolata. **Stipulae** ovato-lanceolatae magnitudine foliorum. **Pedunculi** axillares; flores capitati, capitulis depresso; corollæ luteæ; vexillum petiolatum, reliquis petalis remotum, lineis rubentibus pictum; alæ magnæ; carina vexillo æqualis. **Legumen** cylindricum, gracile, polyperrum, pendulum.

Lotus

Lotus corniculata L. ubique prope Grodnam, in pascuis arenosis, florens junio, julio: perennis. Lugdunæ.

Obs. Non rara est varietas caule erecto, foliis angustioribus, & leguminibus tenuioribus. In lotis nostris radix subligosa, longissima. Flores dessicatione vitidecuntur.

Legumen spirale, membranaceum, compressum.

Legumine lunato.

20. Medicago falcata.

Caules duri, procumbentes, tortuosi, cubitales. **Folia** ternata, lanceolata, truncata; ad apicem denticulata, nervo mucronem educente. **Bractæ** integerrimæ, lanceolatae;

Flores racemosi; **corollæ** luteæ; aut croceæ; **calycis** dentes angusti, imus longissimus. **Vexillum** emarginatum, amplum, ovatum; **alæ** carinæ æquales. **Legumen** semilunare, latum. Semina quatuor, quinque, aut sex.

Medicago falcata L. non rara prope Grodnam in pascuis, in Economia Labna; florens julio: perennis. Lugdunæ.

Legumine contorta, floribus cæruleis.

21. Medicago contorta.

Habitus præcedentis. **Caulis** erectus, firmus, ramosus, cubitalis. **Folia** ternata, obverse ovata, angusta, obtuso apice, crenulata. **Flores** racemosi, racemo magis elongato; petalis cæruleis. **Legumen** spiraliter contortum, rotundatum.

Medicago sativa L. spontaneam inveni in plurimis pratis prope Grodnam: florebat juliœ; radix longissima; perennis. Planta optimum pabulum pecoribus suppeditat, sed nimium nutriendi. Quatuor vicibus potest cadi absque noxa plantæ quolibet anno. Præstantissima prata artificialia format.

Tom. I.

R

Legumine reniformi, flore minimo.

22. *Medicago breviflora.*

Caules numerosi, prostrati, pedales. Folia ternata, rotunda, ferrulata, molia, villoso-hirsuta. Bracteæ denticulatae. Flores spicati, spicis ovalibus; corollæ luteæ, minimæ. Legumina racemosa, striata, monosperma, reniformia, subvillosa.

Medicago lupulina L. communis ubique in agris, florens tota æstate: annua. Lugdunæ. In plerisque speciminiibus caules numerosissimi; inveni tamen caule simplicissimo, vix triunciali. Tota planta hirsuta. Petala vix lente distinguenda. Octo flores uno versu dispositi constituant capitulum. Dentes stipularum setacei.

FASCICULUS II.

PLANTÆ PAPILIONACEÆ.

FOLIIS COMPOSITIS.

FOLIA ET SIMPLICIA ET BIPINNATIFIDA.

Calyx turgidus includens filiquam:

Capitulo duplicato.

23. *Anthyllis bicephalos.*

Caules herbacei, simplices, pedales, parum foliosi. Folia radicalia longe petiolata, simplicia, ovata, aut una & altera pinnula basi ornata; caulina pinnata; pinnulis inæqualibus, impari majore. Flores parvi, capitati, terminantes: capitulo duplicato, seu ex duobus coalitis formato. Calyx ventricosus. Legumen subrotundum, calyce longiori testum. Semen unum. Folia digitata sib fructificatione.

Anthyllis vulneraria L. communis prope Grodnam in pa-

cuis, florens initio junii: perennis. Lugdunæ. Hæc species sicca, fatua, non grata pecoribus, juxta nostra experimenta iners est pro curatione vulnerum. Ceterum, usquepius varia appetet, relative ad magnitudinem & ad folia, quæ sepe sunt integerrima. Inveni specimina, floribus albis & coccineis.

Capitulo simplici.

24. *Anthyllis monocephalos.*

Radix sublignosa, rubescens; folia radicalia petiolis longis, villosis; alia simplicia, ovato-lanceolata; alia similia simplicibus, sed ad petiolum duo aut tria paria foliolorum ovato-lanceolatorum producentia. Caulis erectus, villosus, a basi ramosus, ramis duos tantum producens, pedales. Folia caulina tria, alterna, pinnata; foliolis angustis lanceolatis, impari vix majore, novem aut septem: folia omnia villosa. A media parte ramorum flores capitati capitulo simplici, paucifloro, & sex ad octo; bracteæ amplissimæ sub quolibet capitulo, palmatae; lobis in inferioribus numerosioribus; pedunculus generalis non sessilis; calyx albus, tomentosus: flores coccinei.

*Communis prope Grodnam in paucis, florebat julio: perennis. Nulam similem invenio apud Linnæum, nisi sit simplex varietas *Anthyllis vulnerariae.**

FOLIA ALATA, PINNATA.

STILUS SUPRA PLANUS VILLOSUSQUE.

Foliis binatis, seu cirsis diphyllis.

Radice glandulosa.

25. *Lathyrus tuberosus.*

In radice tubera piriformia, suspensa, filis reptantibus. Caulis triquetrus, pedalis, debilis, internodiis nudis.

Folia binata, ovata; obtusa; intermedio cirro trifido.
Pedunculi quadriflori raro; quinqueflori; corolla rosea.
Legumen longum, recurvum. Setae duodecim;
Lathyrus tuberosus L. passim invenitur circa Grodnam; invenit florentem in agro Econome Wercilisfaki. Lugdunea.

Foliis lanceolatis; internodis nudis.

26. *Lathyrus denudatus.*

Caulis ramosus, debiles, cubitales. Stipulae magnae. Folia binata, lanceolata; intermedio cirro simplici. Pedunculi octoflori; corolla flava. Legumen curvatum, breve. Semina sublutea.
Lathyrus pratensis L. communis in omnibus pratis prope Grodnam, florens fine maii; perennis. Lugdunea.

Foliis ensiformibus; floribus roseis; purpureis.

27. *Lathyrus variegatus.*

Caulis alatus, scandens. Folia binata, ensiformia, tenera; intermedio cirro ramoso. Stipulae exiguae. Pedunculi quinque aut sexflori; corolla parva; vexillum roseum, venosum; ala purpurea; carina basi subviridi. Legumen biunciale, angustum, fine curvo. Semina exasperata.
Lathyrus Silvestris L. lat frequens in silvis prope Grodnam, juxta Niemei; florens initio Iuli; perennis. Lugdunea, montana.

Foliis lanceolatis, latis; flore purpureo, specioso.

28. *Lathyrus purpureus.*

Facies Silvestris: caulis alatus, Folia ovato-lanceolata, rigida, latiora. Pedunculi duodecimflori: flores majores, unciates. Legumina triuncialia. Semina viginti.



PAPILIONACEÆ. 262

Lathyrus latifolius L. frequens in silvis, Lofosnæ, & alibi circa Grodnam; florens initio junii, perennis. Delphinialis.

Foliis pinnatis, seu cirris polyphyllis.

29. *Lathyrus viciaeformis.*

Caulis erectus, cubitalis. Folia sena, lato-lanceolata, aristata, cirro ramoso. Stipulae lanceolatae. Flores racemosi, a quatuor ad octo in racemo; corolla cærulea, majori parte vexilli & alarum alba.

Lathyrus palustris L. sat frequens prope Grodnam, in pratis paludosis juxta amnem; florens sine junii: perennis.

Stylus linearis, tertiusculus, supra villosus.

Caule simplici, foliolis ovatis.

30. *Orobus purpureo scapuleus.*

Radix lignosa, nigra. Caulis pedalis, simplex, erectus, alternis angulis flexus. Folia pinnata, paria duo aut tria, impari nullo, magna, ovato-lanceolata. Stipulae basi sagittatae, integrim magna. Flores racemosi, terminantes, a quatuor ad decem; calyx basi obtusus; laciniis superioribus profundioribus, brevioribus; stylus linearis; vexillum amplum, purpureum; alæ cæruleæ; carina viridi-cærulea. Legumen teres, rectum. Semina plurima.

Orobus vernus L. communis prope Grodnam, in omnibus silvis; florehs aprilii: perennis. Inveniuntur specimen foliis angustioribus, floribus albo-roseis. Delphinialis.

Lugdunæ, montana.

Foliis angustis, radice tuberosa.

31. *Orobus tuberosus.*

Facies praecedentis. Radix composita tuberibus & plurimis radiculis. Caules alis foliaceis. Folia lanceolata, duo paria in pinna. Racemi quadriflori : flores rosei, purpurei. Legumen rectum, fine curvum.
Orobus tuberosus L. non rara prope Grodnam, in pratis silvarum juxta Niemen : perennis. Lugdunea.

Caule ramoso.

32. *Orobus niger.*

Radix longa, crassa. Caulis ramosus, erectus, cubitalis. Stipulae lanceolatae, parvae, basi hastatae. Folia pinnata, sex paria foliorum ovato-oblongorum. Flores racemosi, purpurei, a sex ad duodecim, in quoque racemo longa pedunculato.

Orobus niger L. communis prope Grodnam, in omnibus silvis ; florens julio : perennis. Lugdunea. Habitus viciae, unde bonum nomen Riyini, orobus viciaefolio. Radius dulcis in herpetibus decoctum utile.

STILUS SUB STIGMATE BARBATUS.

Pedunculis elongatis, multifloris.

Foliolis ovatis, imis sessilibus.

33. *Vicia ochroleuca.*

Radix lignosa, longissima. Caules tripedales, debiles. Folia pinnata : foliolis ovatis, magnis, primo pare sessili ; alia breviter petiolata, integerrima, una facie subglauca.

Racemi multiflori. Flores ochroleuci. Legumen glabrum, oblongum, compressum. Semina nigra.
Vicia pisiformis L. non rara prope Grodnam, in silvis juxta Niemen, florens julio : perennis.

Foliolis ovatis, reflexis.

34. *Vicia variegata.*

Caulis sexpedalis, alatus, ramosus, debilis. Folia pinnata, ovata, mucronata. Stipulae parvae, dentato-serratae. Pedunculi sex, octoflori, longitudine foliorum ; Calyx coloratus ; vexillum violaceo-purpureum ; alae apice folio-purpureo. Stigma latere inferiore transverse barbatum. Legumina pendula, nigra, lata. Semina sex.

Vicia dumetorum L. in silvis prope Grodnam, juxta Niemen ; florebat initio julii : perennis. Lugdunea.

Floribus ex albo variis.

35. *Vicia fetens.*

Caulis tripedalis, angulosus, ramulosus. Folia pinnata ; foliola octo, ovalia. Stipulae parvae, denticulatae. Pedunculi multiflori, axillares. Flores duodecim, penduli ; calyx albescens ; vexillum album, lineis cæruleis pictum ; alae & carina cæruleæ, albescentes. Legumina glabra, pendula.
Vicia Silvatica L. prope Grodnam in silva Palatii Radziwill : florebat junio : perennis. Delphinalis.

Caule erecto.

36. *Vicia frutescens.*

Caulis vix pedalis, erectus. Foliola dena, ovato-acuminata. Stipulae angustæ, integræ. Pedunculi foliis breviores, sex, octoflori ; corollæ albo-cærulentes. Legumen planum, breve, acumine curvulo.

Vicia Cassubica L. communis prope Grodnam, in arenosis silvis Poniemun, florens julio: perennis.

Foliolis lanceolatis, pubescentibus.

37. *Vicia imbricata.*

Caulis bipedalis, debilis, ramosus. Stipulae integræ. Foliola ultra duodecim, angusta, lanceolata, deflexa, pubescentia. Pedunculus multiflorus, ad triginta. Flores penduli, imbricati, exigu, secundi, purpureo-violacei. Legumen breve, tumidum; fine acuto, recurvo. Semina decem, nigra.

Vicia Craca L. communis, prope Grodnam in pratis, florens julio: perennis. Lugdunea. Non rara est varietas floribus niveis.

Floribus axillaribus, subfessilibus.

Stipulis nigra macula notatis.

38. *Vicia notata.*

Caulis pedalis, tortuosus, simplex. Stipulae bipartitæ, serratae, macula nigra notatae. Foliola sex, ovalia, retusa: cirrus ramosus. Flores axillares, bini, brevissime pedunculati, penduli, coccinei præter carinam lividam, magni. Legumen longum, erectum, hirsutum, nigrum. Semina viridia, maculis nigris notata.

Vicia Sativa L. communis, prope Grodnam in arvis, florens junio: annua. Lugdunea. Invenitur foliis retusis, latifcentibus, & foliis linearibus pubescentibus.

Foliis inferioribus obcordatis, superioribus linearibus.

39. *Vicia minima.*

Caules plurimi, palmates, procumbentes; stipulae simplices;

Foliola sena, inferiora obcordata. Flores solitarii, sessiles, axillares, purpureo-cærulei. Legumen sessile, glabrum, solitarium, erectum.

Vicia lathyroides L. in arvis prope Grodnam frequens; florens initio maii: annua. Lugdunea, montana.

Foliolis obtusis. Leguminibus subquaternis.

40. *Vicia rotundifolia.*

Caulis alatus, quinquepedalis. Stipulae parvæ, argute dentatae. Foliola ad quatuordecim, ovato-oblonga, integrerrima, subhirsuta. Pedunculi brevissimi, quadriflori: flos inelegans; vexillum amplum, obscure cæruleum, venis saturatioribus, reticulatis pictum. Legumina recta, brevia, pediculata, erecta. Semina sex, maculosa.

Vicia Sepium L. in omnibus silvis prope Grodnam, florens initio juli: perennis. Lugdunea.

Calyx quinquepartitus, subæqualis, longitudine fere

corollæ.

Pedunculis subbifloris, legumine glabro.

41. *Ervum glabrum.*

Caulis palmaris, debilis, ramosus, stipulae simplices. Foliola octo, decem, linear-lanceolata; pinna cirro ramoso terminata. Pedunculi longi, biflori, aut uniflori: flos parvus, sanguineus, aut violaceus. Legumen pendulum, breve, glabrum, ovali-oblongum. Semina tria, quatuor. Calyx quinquepartitus, longitudine fere corollæ.

Ervum tetraspermum L. frequens prope Grodnam, in arvis cultis; florebat junio: annua. Lugdunea.

Pedunculis multifloris, leguminibus hirsutis.

42. *Ervum hirsutum.*

Caulis pedalis, & bipedalis, debilis, ramosus. Stipulae imae quadrifidae, dentatae; superiores simplices. Foliola linearia, subhirsuta, viginti in pinna cirro ramoso terminata. Pedunculi axillares, biunciales, bi-tri- & quinqueflori. Flos parvus; vexillum pallide cæruleum; alæ concolores. Legumen pendulum latum, hirsutum. Semina duo globosa. Calyx brevior corolla.

Ervum hirsutum L. etiam frequens prope Grodnam, in arvis; florebat julio: annua. Lugdunea.

Legumen articulatum, arcuatum.

Floribus paucis, subumbellatis.

43. *Ornithopus subumbellatus.*

Caules pedales, ramosi, prostrati. Folia pinnata; foliola tringinta & ultra in pinna, perexigua, hirsuta, ovata. Pedunculi multiflori: flores subumbellati, quinque, flavi. Legumina arcuata, unguiculo terminata, articulata, subumbellata.

Ornithopus perpusillus L. inveni florentem junio, in campo arenoso loci dicitur Stanislawow, prope Grodnam: annua. Sed crederem advenam; nam anno sequenti in eodem loco, nec in aliis potui invenire. Lugdunea.

Legumen isthmis intersecatum, rectum.

Capitulis florum subumbellatis, petalis albo-rub.

44. *Coronilla varia.*

Herba. Caules prostrati, ramosissimi, cubitales, angulosi. Foliola in pinna viginti, glauca, ovata, glabra, emar-

ginata, nervo in spinam continuato. Pedunculi multiflori, longi: flores circiter viginti, subumbellati; vexillum purpureum; alæ carneæ; legumina erecta, teretia, strophæ, numerofa; calyx bilabiatus, dentibus duobus superioribus connatis: vexillum vix alis longius.

Coronilla varia L. communis prope Grodnam, in arvis; florens julio: perennis. Lugdunea. Frequens varietas petalis totis albis.

Legumen articulatis subrotundis, compressis, echinatis.

Floribus spicatis.

45. *Hedysarum echinatum.*

Radix longissima. Caules erecti, ramosi, angulosi, bipedales. Folia in pinna sedecim ad viginti, ovata, retusa, nervo terminali eminentia. Stipulae coloratae, ovato-lanceolatae, aristatae. Flores spicati; vexillum reflexum, carneum, venis coccineis pictum; alæ parvae, calyx breviores. Legumen breve, aculeatum. Semen unum. *Hedysarum onobrychis* L. inveni florentem prope Grodnam, in prato Horodniczæ & in nonnullis aliis, julio: perennis. Sed crederem advenam. Lugdunea, communis.

Legumen biloculare.

Leguminibus arcuatis, floribus luteis.

46. *Astragalus lunatus.*

Caulis procumbens, ramosus, tripedalis. Stipulae lanceolatae. Foliola in pinna octo, decem aut duodecim, cum impari, ovalia, magna. Pedunculi axillares, foliis breviores, decemflori. Flores racemosi, racemo lato, brevi; corolla

ochroleuca, cum viridi pallore. *Siliqua erecta*, crassa, arcuata, superiori latere exsculpta, seu subtriangulata, vere bilocularis. *Semina reniformia*, multa.

Astragalus glycyphyllos L. frequens in arvis proprie Grodnam, juxta Niemen; florebat iulio : perennis. Lugdunea. *Folia cum amarore dulcia*; in herpetibus, torinibus ventris, ischuria, sub forma decocti utilissima.

Caule erecto, leguminibus subulatis.

47. *Astragalus ochroleucus.*

Caulis pedalis, ramosus, durus, pilosus. **Folia** pinnata; foliolis viginti, elliptico-lanceolatis, angustis, villosis. **Pedunculi** axillares, longi, erecti: **flores** spicati, ad quindecim; **calyx** albus, villosus; petala ochroleuca. **Legumina** albicantia, sericea, erecta, fere cylindrica, subulata.

Astragalus pilosus L. in arvis prope Grodnam, florebat iulio : perennis. In Economia Labna etiam invenitur. Lugdunea.

Vexillis flore duplo longioribus.


48. *Astragalus longiflorus.*

Caulis pedalis, ramosus, diffusus, durus, sericeus. **Folia** pinnata; foliolis imorum ovato-lanceolatis, superiorum gracilibus, linearibus, acutis, sericeis. **Flores** spicati, circiter viginti, terminantes ramos; **calyces** longi, villosi, albicantes: **flos** longus, uncialis, strictus, cæruleo-purpureus. **Legumina** erecta, brevia, hirsuta, turgida; **stilo** curvo.

Astragalus onobrychis L. in arvis prope Grodnam; florebat Stanislawow, fine julii : perennis. Lugdunea.

POLYGALA ἀλπικανθόλυκος
amara L.

P. 269. N. 50.



PAPILIONACEÆ.

269

Subcaulescens, procumbens.

49. *Astragalus incanus.*

Caules procumbentes, hirsuti, duri. Folia pinnata: foliolis albuscentibus, yillois, angustis. Pedunculi erexit, longitudo foliorum: flores erecti, subracemosi, purpurei. *Astragalus arenarius* L. communis, in arvis arenosis prope Grodnam; florens augusto: perennis. Delphinialis.

FASCICULUS III.

PAPILIONACEIS AFFINES,

DIADETPHYZ LINNÆI.

Stamina octo.

Folis intis subrotundis.

50. *Polygala rotundifolia.*

Caules subprocumbentes, vix palmares, lignosi. Folia inferiora subrotunda, firmula; superiora linearia. Flores spicatos racemosi, cærulei; calyx trifoliatus. Foliola viridia, brevia; intus duo: foliola calycina petaloides, cærulea. Petala vera tria, inferior fimbriatum; filamenta duo plana, octo stamina producentia. Fructus cordatus, bilocularis. *Polygala amara* L. communis in pascuis aridis silivarum, Grodnenensis, florens maio: perennis. Lugdunæ, montana. Folia amara; decocta magna dosi, vere purgantia & diuretica; parca dosi in phthisi, pleuritide, peripneumonia, certis experimentis utile adjuyans.

Obs. *Polygala Lithuanica*. Florebat prima maii; communis

in silvis iuxta Niemen prope Grodnam. Suffrutex altitudine quatuor pollicum. Radix lignosa, tenuis. Caules plurimi ad 20 ex hac radice: dinnes certe erecti. Folia caulinum lignosorum spatulata, seu obverse ovata, integrissima, saturate viridia, glabra, quam brevia, seu crassissima, firma. Caules novi, vernalis, herbae; folia caulum vernalium alterna, lanceolata, luteo-viridia. Flores in novis tantum ramis spicato-racemosi, quinque foliola calycina, colorata, saturate cærulea; duo majora lateralia, seu alæ, supremum concavum; inferiora duo angustiora, linearia, linea viridi notata. Corolla labium superius bipetalum, concavo solido superiori calycis tecum; labium inferius bipetalum, tribus laciniis in quoque petalo, unde fimbriatum. Stamina breviora, pistillo, antheræ luteæ: flores nutantes, pallidæ rubri & albi. Bractæ squamofa, colorata, cærulea, ad originem cujusque pedunculi. Videtur polygala minor, foliis ad radicem rotundisculis Helvingii, Flora quæ, p. 40. Ergo juxta Hallerum, mera varietas p. amara, sed insignis.

Folii omnibus lanceolatis.

51. *Polygala angustifolia*. Radix rotunda, tuberosa, siccata, rufa, fibrosa, sanguinea. Eboracensis medicis plurimis finalis precedehebit: caule erecti, aliore, herbae bicoci. Folia angustiora, linear-lanceolata, leviter amara. Obovales cærulei, spicato-racemosi.

Polygala Vulgaris L. communis in pastuis silvarum & juxta vias, Grodennensis, florens junio: pérennis. Lugdunæ. Huc veniunt plurimæ varietates, scilicet, floribus albis, cæruleo-albis, purpureis; foliis omnibus linearibus, & foliis inferioribus latioribus, ovato-lanceolatis: in hac specie spicæ laxior, in precedentibz densior.

Radice simplici, foliolis angustis.

Caules succulenti, ramosi, diffusi, semipedales & pedales. Folia glauca, multifida, seu pinnata: pinnis angustis, pinnatis: pinnulis trilobis: lobulis trifidis & bifidis. Flores racemosi, remotæ; calyx dentatus, bifolius; corolla ringens, calcarata, tetrapetala, viridi-atro-purpurea; filamenta duo, membranacea, apice tricuspidæ; antheræ tribus pro qualibet filamento. Fructus: siliqua globosa, monosperma.

Fumaria officinalis L. frequens prope Grodnam in arvis; florens fine junii: annua. Lugdunæ. Planta succulenta, amara, succus magna dosi, ad tres uncias, sat frequenter plurimas evacuationes alvi procurat, & vomitum excitat; decoctum in febribz, herpetibus, rheumatismo, hypochondriacis, probatum: remedium practicis concedit.

Obs. Invenimus circa Grodnam varietatem foliis angustissimis, caule simplici, floribus albis.

Radice bulbosa, bracteis integris.

53. *Fumaria bulbosa major*. Radix subrotunda, bulbosa, solida. Caulis pedalis, simplex, erectus, bifolius. Folia glauca, glabra, pinnata: pinnis denovo pinnatis: pinnulis multilobis: lobis obtusis, latis. Flores racemosi, floribus approximatis. Bractæ ovato-lanceolatae. Calyx nullus. Flóris magnus, calcaratus, purpurascens. Fructus: siliqua oblonga, rostro terminata, polyperma.

Fumaria bulbosa L. varietas solidæ, communis prope Grodnam, in pratis silvarum; florens fine aprilis & maii; perennis. Lugdunea. Huc veniunt varietates, radice bulbosa; cava, & altera floribus albis, aut roseis.

Obs. Flos super pedunculum sicut acus pyxidis. Petala tali modo conglutinata, ut rigorose dici possit monopetalodes: duo petala majora constituant quasi duo labia aperta, quorum unum posterius elongatur, figuram cornu referens; alterum posterius vix prolongatum; in fauce duo alia petala minora, plicata, inter se agglutinata, amplectantur genitalia. Antheræ minimæ. Stigma maximum, capitatum, villosum.

Radice bulbosa, bracteis digitatis.

54. *Fumaria bulbosa minor.*
Habitus praecedentis, sed radix minor, folia numerosa, anterofiora, posterofiora, lobis angustioribus minora. Caulis exix palmaris. Bracteæ profunde digitatae, si multo. *Fumaria bulbosa* L. varietas intermedia, etiam communis prope Grodnam, Losofinæ & aliis, florebat initio maii; perennis. *Fumaria bulbosa*, etiam amara, officinalis succedaneæ: in suppressione menstruarum & in febribus tertianis veritatibus focus probatum est remedium.

Obs. Plurima specimina exhibent tantum quatuor flores in racemo: inventi floribus cæruleis, purpureis, carneis & lacteis.

FINIS TERTIAE COLLECTIONIS.